

ACTUUM APOSTOLORUM

ET

EPISTOLARUM

TAM CATHOLICARUM QUAM PAULINARUM,

VERSIO SYRIACA PHILOXENIANA,

EX

CODICE MS. RIDLEIANO

IN BIBL. COLL. NOV. OXON. REPOSITO

NUNC PRIMUM EDITA:

CUM

INTERPRETATIONE ET ANNOTATIONIBUS

JOSEPHI WHITE, S. T. P.

LING. ARAB. APUD OXONIENSES PROF.

TOMUS PRIMUS,


ACTUS APOSTOLORUM ET EPISTOLAS CATHOLICAS

COMPLECTENS.

OXONII:

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

MDCCXCIX.



ILLUSTRISSIMO PRINCIPI

GULIELMO HENRICO CAVENDISH

DUCI DE PORTLAND,

ACADEMIÆ OXONIENSIS CANCELLARIO &c.

GENERIS ANTIQUITATE ET TITULIS CLARISSIMO,

SAPIENTIA AUTEM CONSILIORUM IN REPUBLICA

ADMINISTRANDA,

HUMANITATE ANIMI ET COMITATE MORUM,

MULTO ETIAM CLARIORI,

HANCCE

ACTUUM APOSTOLORUM ET EPISTOLARUM

VERSIONEM SYRIACAM,

NUNC PRIMUM SUB AUSPICIIS ACADEMIÆ SUÆ

EDITAM

DAT DICAT DEDICAT

JOSEPHUS WHITE.

PRÆFATIO.

PHILOXENIANÆ ſacrorum Evangeliorum Verſionis Editio eruditorum virorum judicio viginti jam ab annis ſubjecta fuit, per quod tempus illi eam repetitis laudibus cumularunt, experti ſcilicet quantæ eadem utilitatis ſit, ut ſua ſacro textui primæva ſinceritas reſtituatur. Enimvero illam ſingulare ſimul et pretioſiſſimum Chriſtianæ antiquitatis monumentum eſſe nemo ſapiens negaverit: de qua ego in ea, quam Sacris Codicibus præfigendam tum cenſui, præfatione ſatis copioſe diſſerui, nec quidquam gravioris momenti omiſiſſe me puto, quod ſive ad hujuſce Verſionis hiſtoriam, ſive ad ejus auctorem, ſive ad religioſam illam, qua Græcum exemplar ſecutus eſt, fidem pertineret: neque magis Thomam Heracleenſem (ſive Harclenſem) illaudatum prætermiſi, qui, uno circiter ſeculo poſtquam Verſio publici juris facta fuerat, eam accuratiſſime contulit cum duobus aut tribus Græcis iiſdemque notiſſimis Codicibus, quos apud Alexandriam, celeberrimam tunc temporis literarum omnium ſedem, invenire potuit. Et ſane univerſum illud opus, cujus extrema pars typis nunc, juxta Ridleianum Codicem, mandatur, virorum eſt qui, maxime laudabili et pio ſtudio ducti, enixe conati ſunt ut Novi Teſtamenti genuinum textum quam perfectiſſime inſtaurarent.

Cum longe a mea mente abſit, ut in rebus minime neceſſariis lectorem detineam, ad alia tranſeo, quæ illum in bonam partem interpretaturum eſſe confido. Liceat igitur mihi quam pauciſſimis potero verbis exponere quantæ mihi non * impenſæ ſolum, ſed curæ

* Integrum Textum Syriacum, Notas Marginales, et Verſionem Latinam domi propriis

ſubeundæ fuerint, ut præſens hoc opus in publicam lucem tam perfectum, quam fieri potuit, prodiret, dignumque quod ab eruditis viris ſine faſtidio legeretur. Qua in re ſuſcipienda, libentiſſime hic et cum maxima grati animi ſignificatione non levem ſtimulum fuiſſe fateor benevolentiam, quacum prima ejuſdem operis pars ab iis excepta eſt. Quos inter plurimos hic commemorare libet Virum omni doctrinæ laude commendabilem, Germaniæ decus, atque in Syriaca Lingua verſatiſſimum Clariſſimum MICHAELIS, cujus honorificum teſtimonium non levis apud legentium animos auctoritatis fore confido.

"Der Text ſcheint ſehr gut abgedruckt, und die Correctur, ungeachtet der Kraenklichkeit des Herauſgebers, ſo genau geweſen zu ſeyn, als man ſie nur erwarten kann: Druckſehler ſind freilich unvermeidlich, und am Ende angemerkt. Um hernach, wenn ich von der Verſion ſelbſt rede, voellig von allen andern Nebenſachen frey zu ſeyn, ſage ich jetzt erſt etwas von Herrn Wh. Ueberſetzung und Anmerkungen. Beide gefallen mir ſehr, ſie ſind ohne allen unnuetzen Pomp von Gelehrſamkeit, und gerade ſo, wie ſie ein gelehrter Leſer der Philoxenianiſchen Ueberſetzung wuenſchen mag.

"Erſtlich, die Ueberſetzung finde ich ſehr gut und brauchbar. Sie hilſt dem Leſer gleich zu rechte, und es verdient Dank, daſs auch die cri-

ſumptibus privatim excudi, ut cuncta, priuſquam digniſſimis Clarendoniani Preli delegatis publice imprimenda traderem, accuratius exponerentur.

† Viri Cl. teſtimonium, e Theotiſco in Anglicum ſermonem ab amico quodam converſum, ita ſe habet. "The Text [of Mr. White's Edition of the Philox. Verſion of the Goſpels] "appears extremely well printed, and the correction of the Preſs, notwithſtanding the Editor's "indiſpoſition, as accurate as could well be expected: errors of the Preſs are however unavoid-"able, and they are taken notice of at the end. That I may not be encumbered with other "matter when I ſpeak of the Verſion itſelf, I will here ſay ſomething of Mr. White's Tranſ-"lation and Remarks. I like them both exceedingly; they are void of all unneceſſary pa-"rade of erudition, and exactly ſuch as learned readers of the Philoxenian Verſion would "wiſh them to be.

"In the firſt place, I find the Tranſlation a very good and uſeful one. It inſtantly fur-"niſhes the Reader with the right ſenſe, and Mr. White deſerves our thanks for having

tischen Anmerkungen unter dem Text mit uebersetzt sind. Schwer ist zwar die Philoxenianische Version gar nicht, aber da man bey ihr in ein neues Feld kommt, sonderlich bey den critischen Anmerkungen des Uebersetzers, so ist einem die geleistete Huelfe und Vorarbeit nicht gleichgueltig.

"Die Anmerkungen finde ich gerade so, wie ich sie wuenschte. Wo etwas schweres vorkommt, findet man gemeiniglich Aufklaerung, auch wol aus solchen Huelfsmitteln, zu denen nicht jeder Gelehrte den Zugang hat, den noch blos in Manuscript vorhandenen Syrischen Lexicis der Oxfordischen Bibliothek. Dabey sind sie kurtz, und ganz ohne die den Notenmachern so gewoehnliche Auskramung von Gelehrsamkeit; und an Zahl so wenig, dass man nie welche wegwuenscht, nicht der Text in Noten ersaeufft. Auch das billige ich sehr, dass Wh. nicht die Varianten des Griechischen Textes ausgezogen hat, (ob ich gleich hernach selbst eine Probe zur Aufmunterung meiner Leser, dass ganze Werk durchzugehen, geben werde): denn ein Herausgeber muss dem Leser auch etwas zu thun ueberlassen, wenn sein Buch gefallen soll, und dass Ausziehen dieser Varianten muss einmahl kuenftig bey einer neuen Ausgabe des Griechischen N. T. geschehen. Eben aus dieser Absicht, und weil

"likewise translated the Critical Remarks under the Text. For though the Philoxenian Version is by no means difficult, yet as it opens a new field to us, especially in the Critical Remarks of the Author, the assistance Mr. White has afforded, and the trouble he has spared us, cannot be considered with indifference.

"The Remarks are exactly such as I wished them to be. Where a difficulty happens to occur, we generally find an explanation, and sometimes derived from such sources as are not in the reach of every literary man, viz. from the Syriac Lexicons, which are to be found in manuscript only in the Bodleian Library. They are besides very short, void of that parade of erudition which is too commonly displayed by annotators: their number likewise is so small, that we are never tempted to wish them curtailed, nor do we find the Text swallowed up by the Notes. I likewise approve of Mr. White's not having extracted the Variations of the Greek Text (though I mean myself hereafter to give a specimen of them as a motive for my readers to peruse the whole Work): for an Editor ought to leave something to the sagacity of his readers to discover themselves, if he wishes his book to please. The extracting of these various Readings may be done hereafter in a new edition of

ſonſt das Werk mit Noten ueberſchwemmt ſeyn moechte, billige ich es auch, daſs gewiſſe andere grammaticaliſche Anmerkungen, die ich hernach als Leſer und Recenſent machen werde, mir nicht in den Noten vorgeſagt ſind, und mir gefaellt die reichhaltige Kuertze, die nur ſagt, was ich vom Herauſgeber wiſſen wollte, und gemeiniglich nicht mehr." *

Quo prior hujus Operis pars literatorum virorum favore excepta eſt, utinam et hæc poſterior excipiatur! quæ ſi ex omni parte minus abſoluta habeatur, doctiores, uti ſpero, id non tam Editoris negligentiæ, quam operis ipſius difficultati, tribuendum cenſebunt. Cum enim per univerſam Europam nullum aliud ejuſdem exemplar extet, quam *Ridleianum* Manuſcriptum, quod quidem Actus et Epiſtolas contineat, ſcribæ errores non niſi maximo cum labore corrigi poſſe nemo non ſtatim intelliget.

Ut vero Exemplarium defectum quodammodo ſupplerem, quoties nodus difficilior ſeſe obtuliſſet, nullam aliam viam mihi apertam eſſe credidi, quam ut ad analogiam grammaticam recurrerem; aut loca parallela per totum Nov. Teſt. conſulerem et expenderem, unde, comparatione facta, aliquid aut certum aut probabile de locis ſuſpectis ſtatueretur. Non leve autem duri laboris ſolatium fuit, quod, hac ratione uſus, tantum profeci, ut perpauca eſſe exiſtimem, in quibus aliud exemplar deſideretur. Quamvis enim in pluribus quam quinquaginta locis vitioſum eſſe textum, vel e conſtructione Grammaticis legibus minime conſentanea, vel omiſſione verborum aliquot neceſſariorum, vel aliorum inutilium inſertione valde ſuſpicer, eorum tamen locorum tenebras annotationum luce ſic depuliſſe confido, ut

"the Greek Teſtament. For the ſame reaſon, as well as becauſe the Book would otherwiſe "have been overwhelmed with Notes, I am likewiſe glad that ſome Grammatical Remarks "which I ſhall preſently offer, both as reader and reviewer, have not been inſerted in the "Notes; and I admire the full Conciſeneſs, which expreſſes all which I wiſhed to learn "from the Editor, and generally no more."

* Michaelis Bibliſche und Orientaliſche Bibliothek, Th. xvi. S. 12—15.

non multa futura esse sperem, quæ lectori obscura atque intellectu difficilia relinquantur.*

Actuum vero et Epistolarum multo etiam difficilior, quam Evangeliorum ipsorum TRANSLATIO fuit; multa enim loca sunt quæ si de verbo ad verbum redderentur, aut sensus fieret obscurior, aut quicunque ea Latine translata legeret, varias Græci textus lectio-

* Unus sane et alter locus emendatu difficillimus est. e. g. Act. vi. 3. "Curate igitur, fratres, viros ex vobis testimonio probatos septem, plenos SPIRITU SAPIENTIÆ, ܠܗܘܢ ܕܗܝܡܢܝܢ *eos qui credunt*, super usu hoc." Syriaca vocabula ܠܗܘܢ ܕܗܝܡܢܝܢ sequentibus Græcis vocibus respondent—τὲς πιςεύοντας—quod neque in Codicibus Græcis neque in translationibus reperitur: quæ lectio maxime singularis est. Græce vulgo legitur "ὃς καταςήσωμεν, *quos constituamus*," cujus translatio Syriace deberet esse ܠܗܘܢ ܕܢܩܝܡ, cum καθίςημι, quod in duobus et viginti locis occurrit, septemdecies exprimatur per ܐܩܝܡ. Cum autem adhibita vox ܕܗܝܡܢܝܢ a sensu haud plane abhorrere videatur, non existimavi justam mihi esse rationem immutandi Textus, sine alius Exemplaris auctoritate.

Coloss. ii. 3. ܗܘ ܕܒܗ ܐܝܬܝܗܘܢ ܟܠܗܘܢ ܣܝ̈ܡܬܐ ܕܚܟܡܬܐ ܘܟܣܝ̈ܬܐ ܕܝܕܥܬܐ "in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, et abscondita scientiæ." In omnibus Codicibus Græcis et Translationibus, τὸ *scientiæ* sequitur Copulativam *et*, et vox *abscondita* est masculini generis, concordans cum voce *thesauri*—i. e. *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi*. Puto igitur vocem ܟܣܝ̈ܬܐ transpositam fuisse: sine autem auctoritate alius Exemplaris Textum mutare non ausus sum.

Act. xiii. 10. ܐܘ ܕܡܠܐ ܡܢ ܟܠܗ ܦܫܝܩܘܬܐ ܕܪܘܓܙܐ "O plene omni scelere, [*ad literam*, omni facilitate iræ] Græce, Ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας. Nihil in Syriaco Textu reperias quod Græcis sequentibus vocabulis respondeat—παντὸς δόλου καὶ—quæ in nullis codicibus Græcis aut translationibus desunt. Post ܕܡܠܐ Syriace legi oporteret—ܟܠܗ ܢܟܠܐ ܘ *omni dolo et*: cum autem sine iis vocabulis sensus orationis non obscurus videatur, illud in me suscipere non ausus sum ut ea insererem, absque alius Exemplaris auctoritate. Observandum est porro, Polycarpum in suo Codice Græco vel sibi effinxisse ῥᾳδιοργῆς, vel habuisse ῥᾳδιουργίας tanquam vocabulum derivatum a ῥᾴδιος *facilis*, et ὀργὴ *ira*. Sunt alia quædam exempla, ex quibus patet illum in hoc genere aliquando errasse. Vide Notas, alteram ad 1. Pet. iii. 4, alteram ad Matth. xxii. 25. Vide quoque Præfationem ad Evangelia, p. xvi.

Act. xvii. 4. ܘܐܢܫ̈ܝܢ ܡܢܗܘܢ ܘܐܬܬܘܣܦܘ ܒܦܣܐ ܠܦܘܠܘܣ ܘܠܣܝܠܐ "Et quidam ex iis, et adjuncti sunt sorte Paulo et Silæ." Post vocabulum *iis*, plerique codices Græci habent ἐπείσθησαν, quam vocem Polycarpus transfert per ܐܬܛܦܝܣܘ Cap. v. 40, et utitur eadem voce in aliis locis pro Gr. πείθω. Hic autem nihil omnino est, quod Verbo Græco respondeat. Antiqua Versio Syriaca, et Codices E. 38. 40. habent ἐπίςευσαν; codex autem 4. ἐδαπείσθη-

nes* eſſe ſuſpicaretur. Accédit, multa Syriaca verba in Actibus et Epiſtolis adhiberi quæ in nullo Lexico typis mandato reperiuntur. Hinc labor mihi impoſitus Manuſcripta Bodleianæ Bibliothecæ Lexica evolvendi, durus ſane et faſtidioſus. Si quid autem minus accurati occurrerit in hac noſtra Tranſlatione, ſi quis etiam error forte irrepſerit; (quod ne fieret, tot inter et tantas difficultates, tot inter ſalebroſa loca, mihi vix ſperandum fuit) affirmare ſaltem non dubitaverim, neque alium quemvis acriori ſtudio ac labore eandem provinciam adminiſtraturum fuiſſe; neque me

σαν. Impoſſibile igitur eſt, ſine alius exemplaris ope, cognoſcere utrum noſtra Verſio habuerit ܐܬܛܦܝܣܘ *perſuaſi ſunt*, vel ܗܝܡܢܘ *crediderunt*, vel ܥܡܕܘ *baptizati ſunt*. Cum autem plerique Græci codices habeant ἐπείσθησαν, id melius eſſe judicavi ut insererem vocabulum ܐܬܛܦܝܣܘ, quo ſenſus facilius intelligeretur.

1. Johan v. 6. ܠܘ ܒܡܝܐ ܒܠܚܘܕ: ܐܠܐ ܘܒܡܝܐ "non in aqua ſolum, ſed et in aqua." Hic vitio aliquo textum laborare conſtat; impoſſibile vero eſt dicere, quænam prima noſtræ Verſionis lectio fuerit. Codices A. 21. 41. &c.—habent—*in aqua et in Spiritu*: plerique autem codices Græci, et Tranſlationes—*in aqua et in ſanguine*; addidi igitur vocabula ܘܒܕܡܐ *et in ſanguine* juxta vulgatam lectionem. Quod attinet ad alia multa, quæ in Syriaco Textu aliquando omiſſa deprehenduntur, conſulat lector Annotationes quas adhibendas judicavi, cum illæ mihi neceſſariæ viſæ ſunt. Quæ autem exempla hic attuli ſatis aperte, credo, oſtendunt quam arduum opus ſuſceperim in explanandis tot et tantis difficultatibus ſine alius Exemplaris auxilio.

* Pauciſſima exempla ſufficient, ut quam ardua hæc operis pars fuerit, intelligatur. Act. i. 18. ܘܟܕ ܢܦܝܠ ܥܠ ܐܦܘܗܝ ܗܘܐ *et quum cadens ſuper faciem ſuam eſſet*. Græce legis, καὶ πρηνὴς γενόμενος. Manifeſtum eſt hæc verba ܢܦܝܠ ܥܠ ܐܦܘܗܝ *cadens ſuper faciem ſuam* adhibita fuiſſe ut exprimeretur vocabulum πρηνὴς, et ܟܕ ܗܘܐ *quum eſſet* ſtare pro γενόμενος. Act. xvii. 22. Græcæ voces κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ, transferuntur ܒܟܠܡܕܡ ܐܝܟ ܕܝܬܝܪ ܒܝܫܝܢ ܒܕܚܠܬ ܫܐܕܐ ܚܙܐ ܐܢܐ ܠܟܘܢ quæ verbatim ſunt *in omni re quaſi magis pravos in cultu dæmoniorum vos video*. Act. xxvii. 4. Græcum Compoſitum ὑπεπλεύσαμεν vertitur ܪܕܝܢ ܥܒܪܝܢܢ *navigavimus tranſivimus*. i. Cor. iii. 19. *Capit ſapientes* ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν—ܒܢܟܝܠܘܬܐ ܕܒܝܫܘܬܗܘܢ *in aſtutia malitiæ eorum*. Heb. iv. 13. *omnia enim nuda* καὶ τετραχηλισμένα—ܘܓܠܝܢ ܩܕܠ—*et* aperta cervice *oculis ejus*. Multa hujus generis exempla occurrunt, in quibus Polycarpus nimia religione uſus videtur, ut Compoſita Græca verba exprimeret; cumque ille Græcum textum κατὰ πόδα ſit ſecutus, ea loca de verbo ad verbum transferre impoſſibile fere fuiſſet, ita ut ſenſus non labaſceret.

quidquam omisisse, quo universum Opus publici juris fieret tam paucis maculis deforme, tamque eruditis viris idoneum, quam meæ, tenues quidem, facultates, meaque, qualiscunque illa sit, Syriacæ Linguæ peritia, permiserunt.

Cum vero Wetstenius eandem illam Versionem Philoxenianam contulerit prius ac discusserit, erunt forte nonnulli qui hanc nostram Editionem haud maximi momenti esse putent. Quod ego ultro faterer, si tanta esset ejus, quod Wetstenius confecit, operis perfectio, quanta a tanto viro expectari posse jure videbatur. Liceat autem, absque ulla tam docti hominis injuria dicere, multis vitiis scatere ejus Collationem; quod aliter fieri non potuisse cuivis facile constabit, si reputet secum, quantulum Ille tempus consulendo Codici impenderit.* Errores atque omissiones non minus quam sexaginta rapide legenti mihi occurrêre, nonnulla etiam vitia gravissima. Cum autem ea omnia hic enumerare et inutile foret et injucundum, liceat mihi lectorem ad Annotationes remittere, quæ apertissime ostendent, quam manca sit atque imperfecta Ejus collatio, ac proinde de re literaria bene eum mereri, quicunque Opus ipsum e tenebris in lucem eruerit. Imo Operis Editionem prorsus necessariam esse existimo, quo Versio Philoxeniana ab innumerorum mendorum suspicione, quæ inspecta Wetstenii collatione facile oriri posset, liberetur; atque ut ejusdem pretium, et in promovendis sacris literis utilitas plene perspiciantur.

Hoc autem Opus, qualecunque fuerit, non inutile virorum eruditorum bibliothecis additamentum fore confido; quod non tantum mihi, quantum Academiæ Oxoniensi debebunt, quæ pro ardentissimo suo omnium, præsertim sacrarum, literarum amore, me impulit ut editionem ejus susciperem et curarem. Quam rem, utut arduam,

* Ut videre est in RIDLEII Dissertatione, p. 63. ubi sic legitur—" Cl. Wetstenio tamen " præproperam de ea [*Versione Philoxeniana*] ferenti sententiam ignoscamus; utpote qui Co-" dicem nostrum ad dies quindecim tantum, quos sibi dari petierat, nactus est, et characte-" ribus quibus exaratus est minime erat assuetus."

non tanquam onus impoſitum, ſed quaſi inſigne beneficium in me collatum duxi: quid enim dulcius aut jucundius viro bene cordato, quam ſi quid agere poſſit quo tam celebris Academiæ fidem aliqua ex parte rependat? Tamdiu autem in præſtantiſſima illa literarum ſede vixi; tot ab ea amoris et benevolentiæ pignora per totum vitæ meæ curriculum accepi, ac ſingulis fere diebus accipio; ut eam, qua pene diffluit animus, tam multorum beneficiorum memoriam ſignificantius exprimere me non poſſe putem, quam ſi proſpera cuncta et felicia illi precatus, in nobiles illas Pſalmiſtæ voces bene memor erumpam—* יהוה ישמרך מכל רע : יהי שלום בחילך שלוה בארמנותיך : † למען אחי ורעי אדבר נא שלום בך : למען בית יהוה אבקשה טוב לך :

* Pſ. 121. † Pſ. 122.

J. WHITE.

Dabam OXONII,
MDCCXCVIII.

DE

ASTERISCIS ET OBELIS

IN

CODICE RIDLEIANO USURPATIS

PRÆMONITIO.

DE Afterifcorum et Obelorum ufu quæftio eft, fi quæ alia, lubrica admodum et perplexa. Sententiam meam de hac re paucis olim expofui. WETSTENIUS autem, et eum fecutus STORRIUS, aliam viam inftiterunt: cenfent utique his Notis collationem Syriacæ Philoxenianæ cum Simplici contineri.* Sed quicquid in hanc partem a viris celeberrimis difputatum fuit, unico argumento, ni fallor, dilui ac refelli poteft. Nimirum in Codice Ridleiano κεφάλαια illa notiffima, Euthaliana, Epiftolis Paullinis præfixa, ipfa etiam Afterifcis et Obelis fubinde notantur. Cum vero nullum ufquam Simplicis verfionis exemplar κεφάλαια Euthaliana exhibeat, profecto figna ifta ad ejus lectiones fpectare nullo modo dici poffunt. Quo magis lectori fatisfaciam, κεφάλαια omnia quibus obvii funt, vel Obeli et Afterifci, vel alia figna quæcunque criticæ indolis, excerpta dabo.

" * The ufe of the Obeli and Afterifks, which Thomas [Harclenfis] appears to have " adopted from Origen's Hexapla, is defcribed in White's Preface to the Philoxenian Ver- " fion, §. 6. This learned writer is of opinion, that they were defigned to fhew the diffe- " rence between the Philoxenian Text and the Greek MSS. with which it was collated. " Wetftein and Storr, on the contrary, fuppofe that they were intended to point out the diffe- " rence between the new and the old Syriac verfions. Profeffor Adler (Biblich-critifche " Reife, p. 107) *fays*, that they are ufed in fo indifcriminate a manner, as to make it diffi- " cult to determine their real defign." Marfh's Notes on Michaelis, Vol. III. p. 572.

1 COR.

ܝ. ܡܛܠ ܕܗܘܐ ܐܪܡܠܬܐ܂ ܘܠܐ ܡܬܩܪܝܐ ܐܢܬܬܐ܀ ܒܪܗ

2 COR.

ܓ̄. ܡܛܠ ܡܘܪܢܐ ܠܫܠܝܚܐ ܕܟܪܝܗ ܗܘܐ [1] ܠܡܫܝ̈ܚܐ:
ܗ. ܡܛܠ ܠܡܫܝܚܬܐ ܠܫܠܝܚܐ ܘܐܬܦܪܫܬܐ ܕܢܣܒ ÷ ܥܠ ܟܠܗ
ܕܟܢ̈ܘܫܝܐ [2] ܕܥܡܡܐ ÷ ܥܠ ܟܠ ܡܕܝܢ̈ܬܐ
ܘ̄. ܡܛܠ ܡܫܝܚܘܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܘܫܠܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ܂
ܘܫܠܝܚܘܬܗ ܕܡܕܝܢܬܐ [3]

GALAT.

ܐ̄. ܡܛܠ ܠܐ ܡܢ ܐܢܫܐ. ܐܠܐ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ÷ ܐܬܠܚܡܬ ܠ
ܐܬܠ̈ܝܐ. ܐܢܫܐ ܕܝܢ ܡܫܝܚܐ [4] ܟܝܢ ܡܫܝܚܘܬܐ
ܝ̄ܐ. ܡܛܠ ܕܐܚܝܕ ܠܐ [5] ܟܪܝܗܬܐ ܐܬܠܚܡܘܗܝ ܗܘܘ ܥܡܗ
ܕܡܫܝܚܐ܀
ܝ̄ܒ. ܒܪܘܚܐ ܕܝܢ ܥܡܗ ܕܢܦܩܘܗܝ ܠܗܘܢ ܠܪܘܡܝܐ܂ ܘܫܘܦܪܐ
ܕܠܗܘܢ ܐܝܬ ܚܝܠܐ ܘܡܢܗ [6] ܕܐܚܝܕ ܪܘܚܐ܀

1 [ܠܡܫܝ̈ܚܐ] In margine MSti ܠܗܘܢ ܕܡܫܝܚ
2 [ܕܟܢ̈ܘܫܝܐ] ܕܦܘܫ
3 [ܘܫܠܝܚܘܬܗ ܕܡܕܝܢܬܐ] ܘܫܪܝܘܬܗ
4 [ܟܝܢ] ܡܛܠ
5 [ܟܪܝܗܬܐ] ܕܚܝܐ
6 [ܕܐܚܝܕ ܪܘܚܐ] ܕܟܪܘܙܐ

EPHES.

ܐ̄. ܡܛܠ ܟܐܢܘܬܐ ܘܙܕܝܩܘܬܐ ܕܒܪܝܐ ܠܗ *ܕܕܡܝܢ ܠܐܠܗܐ * θεοειδεις

ܒ̄. ܡܛܠ ܗܝ ܕܐܡܝܪ ܐܝܟ ܡܐ ܕܝܫܘܥ ܒܩܘܫܬܐ: ܒܝܫ

ܒܥܒܕܐ ܒܫܘܥܝܬܐ ¹ܦܬܓܡܝܢ ܘܠܐ ܒܡܠܐ

PHILIPP.

ܘ̄. ܡܬܝܠܝܘܬܐ *ܕܝܚܝܕܝܬܐ ܕܐܢܫܝܢ: ܒܕܘܟܬܐ ܕܐܠܐ ܐܢܫ * ἴδιαι.

COLOSS.

ܗ̄. ܡܛܠ ܦܘܩܕܢܘܬܐ ܕܥܒܕ ܒܡܠܐ ܕܠܒܗ ܗܘ ܕܦܪܐ

²ܕܡܬܝܪܢܝܢ ܦܐܪܐ ܘܡܦܪܐ ܒܟܠ ܠܐܠܗܐ.

ܘ̄. ܡܛܠ ܗܝ ܕܠܐ ܢܗܘܘܢ ܡܬܕܒܪܝܢ ܒܬܪ ³ܚܟܡܬܐ

ܐܢܫܝܬܐ ܘܡܬܚܫܒܢܘܬܐ ܗܠܝܢ ܕܒܥܠܡܐ ܩܢܝܢ܀

ܒ̄. ܡܛܠ ܕܛܘܦܣܐ ܕܥܘܡܪܐ ܒܥܡܪܐ ܚܕܬܐ ܗܘܐ

ܠܒܢܝܢܫܐ ܘܠܗ ܠܚܘܣܝܐ: ܗܘ ܕܒܝܢܬ ⁴ܕܐܠܗܐ

ܫܒܝܚ

ܛ̄. ܡܬܝܠܝܘܬܐ ܕܪܚܡܬܐ. ܕܩܪܝܒܘܬܐ. ܕܪܚܡܬܐ ܐܢܫܝܬܐ.

#ܕܪܚܡܬܐ ܠܐܠܗܐ. ܕܪܚܡܬܐ ܡܟܝܟܬܐ. ܕܡܪܕܘܬܐ.

1 ܦܬܓܡܝܢ] In margine MSti ܦܬܓܡܝܢ ܒܫܘܥܝܬܐ

2 ܕܡܬܝܪܢܝܢ ܦܐܪܐ] ܕܡܬܟܠܐ

3 ܚܟܡܬܐ] ܦܝܠܘܣܘܦܘܬܐ

4 ܕܐܠܗܐ] ܕܡܫܝܚܐ

ܕܬܫܒܘܚܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܕܕܡܪܐ. ܕܬܘܕܝܬܐ.

1 THESS.

ܒ̄. ܡܬܬܟܝܠܝܢ. ܘܣܒܪܝܢ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܒܝܢܝܗܘܢ.
ܘܪܒܘܬܐ ܐܝܟ ܕܠܦܓܪܗܘܢ
ܘ̄. ܡܛܠ ܗܘ ܕܡܫܬܠܛ ܐܢܐ ܡܫܝܚܐ. ܡܕܝܢ ܙܘܥ ܕܟܠܝ
ܠܡܬܬܠܡܕ ܒܝܕ ܦܘܠܚܢܐ. ܒܗܝܡܢܘܬܐ. ܒܫܪܪܐ.

2 THESS.

ܐ̄. ܐܘܕܝܬܐ ܣܓܝ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܠܩܕܘܫܐ ܘܣܘܟܠܐ
ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܠܐܢܫܐ ܕܒܗܘܢ. ܘܡܥܡܠܐ ܕܗܢܘܢ
ܕܠܒܫܝܢ ܒܗܘܢ ܠܗ ܘܙܕܩܬܐ ܣܓܝܐ ܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܕܒܗܘܢ ⁜ ܡܫܒܚܬܐ ܠܗ. ܕܗܘܐ ⁜ ܠܬܫܒܘܚܬܐ
ܕܡܫܝܚܐ ܠܗ ܀
ܒ̄. ܡܛܠ ܫܡܥܬܐ ܕܗܘܐ [1] ܒܗ ܕܡܫܬܐ ܕܐܬܟܪܝܘܬܗ.
ܐܝܟ ܕܠܟܬܒܢܘܬܐ ܕܦܘܪܣ. ܗܢܘܢ ܕܠܐ ܗܝܡܢܘ
ܒܡܫܝܚܐ ܀

1 TIM.

ܐ̄. ܡܛܠ ܡܬܒܘܢܢܘܬܐ ܕܒܢܝܐ ܕܐܠܗܐ. ܗܘ ܕܠܐ ܫܒܩ
ܠܠ ܐܢܫ [2] ܢܛܘܫܬܐ ܀

1 ܒܗ] In margine MSti ܐܦܠܐ

2 ܢܛܘܫܬܐ ܀] ܢܛܘܫܬܐ ܕܢܛܘܫܐ ܀

ܐ̄. ܦܘܪܫܐ ܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܘܠܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܒܐܪܬܐ ܐܪܬܐ ܝܗܒܬܐ:
ܗܘ ܕܒܟܬܝܒܗ ܦܢܝܘܬܗ ܐܬܠ ܠܗ ܀
ܘ̄. ܡܛܠ ܡܬܒܣܪܢܘܬܐ ܠܠܘܩܒܠܗ. ܕܗܘ ܀ ܡܛܠ
ܐܪܡܣܐ ܥܠܬܝܢܝܬܐ ܗܠܝܢ ܕܚܠܛܝܢ ܠܚܟܝܡܐ ܀

2 TIM.

ܐ̄. ܡܛܠ ܕܠܐ ܢܒܗܬ ܕܢܘܟܪܐ ܕܒܟܠܒܐ ܕܝܗܒ. ܐܠܐ [1] ܕܢܬܚܫܒ
ܕܠܐ ܒܟܠܠ.
ܗ̄. ܡܛܠ ܦܬܟܪܢܘܬܐ ܠܙܒܢܐ ܘܕܟܪܐ ܕܚܝܐ ܘܠܐ ܡܬܚܫܝܐ
ܘܠܠ ܗܠܝܢ ܕܒܣܘܓܠ ܀
ܘ̄. [2] ܡܩܪܒܢܘܬ ܡܠܬܐ ܡܛܠ ܒܥܘܬܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܕܩܛܝܪܐ
ܘܡܛܝܒܐ ܘܡܬܚܫܚܢܐ ܀

TIT.

ܐ̄. ܡܬܝܕܥܢܘܬܐ ܩܕܡ ܕܒܝܫ ܕܢܩܪܐ ܠܟܠܒܝܫ ܐܝܟ * ܥܒܕܬܐ * ιληκιαν
ܕܟܗ ܀
ܗ̄. ܡܛܠ ܡܬܡܟܟܢܘܬܐ ܕܒܝܫܬܐ. ܕܥܒܕܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ
* ܕܗܘܝܘ ܕܡܫܝܚܐ ܀
ܘ̄. ܡܬܝܒܢܘܬܐ ܡܛܠ ܗܘ ܕܢܣܬܒܪ ܡܢ ܥܕܬܐ
* ܕܐܪܗܛܝܩܘܣ ܐܢܫܐ ܀ * αιρετικȣς

1 [ܕܢܬܚܫܒ] In margine MSti ܕܬܘܩܠܐ
2 [ܡܩܪܒܢܘܬ ܡܠܬܐ] ܡܩܪܒܢܘܬ ܡܠܬܐ ܢܗܝܪܬܐ.

H E B.

ܝܓ. ܡܛܠ ܕܐܬܓܡܪ܂ ܒܚܘܫܐ ܘܒܡܫܡܠܝܘܬܐ ܚܫܐ
܂ ܘܠܐ ܒܡܠܦܢܘܬܐ ܕܒܠܚܘܕ܀

ܝܕ. ܫܘܪܝܐ ܡܛܠ ܕܗܘܐ ܟܘܡܪܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܟܠ ܠܥܠܡ܀
ܕܒܗܝ ܠܐ ܐܦ ܡܫܡܠܝܘܬܐ [1]ܕܢܡܘܣܐ
ܕܒܗܡܢܘܬܐ܀

ܝܗ. ܡܛܠ ܐܦ ܕܪܒܐ ܕܢܡܘܣܐ ܢܡܘܣܐ ܠܡܫܠܡܐ ܢܡܘܣܐ
ܠܦܘܠܚܢܗ܀

ܝܘ. ܡܛܠ ܡܫܡܠܝܘܬܐ ܐܦ ܕܐܦ [2]ܕܒܟܝܢܐ ܡܫܝܚܐ܀

ܝܙ. ܡܛܠ ܡܫܡܠܝܘܬܐ ܐܦ [3]ܕܒܣܘܟܠܐ ܕܡܫܝܚܐ܀

ܝܚ. ܕܝܠܗ ܟܠܗ ܠܐܠܗܐ. ܡܛܠ ܚܝܐ ܘܠܐ ܡܬܟܪܟܢܘܬܐ
ܕܒܫܘܪܬܐ܀

1 ܕܢܡܘܣܝܐ] In margine MSti ܕܦܘܠܚܢܐ
2 ܕܒܟܝܢܐ] ܠܟܝܢܐ
3 ܕܒܣܘܟܠܐ] ܒܣܘܟܠܐ

ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ TEXTUS GRÆCUS,

PROUT

A STEPHANO ET MILLIO EDITUS EST.

1 COR.

δ'. Περὶ γάμου καὶ χηρείας [1] καὶ ἀγαμίας. Ἐν ᾧ, Περὶ &c.

2 COR.

γ'. Περὶ τῆς δι᾽ αὐτοῦ θείας [2] ὠφελείας [3] τοῖς ἐπιτηδείοις &c.

ε'. Περὶ [4] τῆς θείας δόξης, καὶ τοῦ ἀκολούθου βίου, ὅτι τοῖς [5] ἁγίοις γινώσκεται.

Variantes pauculæ quæ sequuntur lectiones, e codicibus Wakianis, in Ædis Christi bibliotheca asservatis, ut plurimum desumptæ sunt. Horum MSS. binos, quorum mihi copiam fecit vir eruditissimus Johannes Randolph, *ejusdem Ædis Canonicus et S. S. Theologiæ in Academia nostra Professor et Literarum eximius Fautor, omnibus in locis seduli cussi ubicunque Asterisci aut Obeli, aut alia denique Signa, in codice Ridleiano appinguntur. Vide Wetstenii Nov. Test. Tom.* ii. *p.* 745. *ubi codex* a. *est num.* 26. *sive Wakianus* 1., b. *num.* 27. *sive Wakianus* 2. *Lectiones codicum* m. *et* z. *qui in censum Wetstenii non veniunt, a J. Walker margini editionis Millianæ olim ascriptas, ex Bibliotheca Bodleiana protuli.*

[1] καὶ ἀγαμίας] Deest in z.

[2] ὠφελείας] σοφίας. *a.*

[3] τοῖς ἐπιτηδείοις] Omittunt τοῖς z. *b. m.*

[4] τῆς θείας] Omittunt τῆς *b. m. z.*

[5] ἁγίοις] οἰκείοις. Mſ.

ϛ'. Περὶ τῆς κατὰ σῶμα ἀσθενείας, καὶ τῆς τοῦ σώματος ἀποθέσεως καὶ ἐπαναλήψεως.

GALAT.

ζ'. Ὅτι οὐκ ἐκ νόμου, ἀλλ' ἐξ ἐπαγγελίας τὰ ἀγαθά. Ὁ δὲ νόμος [1] παρασκευαστὴς [2] δι' ἐλέγχου.

η'. Ὅτι ὑπὸ [3] κρίσιν ἦσαν οἱ ἐν νόμῳ.

ιβ'. Ἀποτροπὴ ἀπὸ τῶν ἑλκόντων ἐπὶ τὴν περιτομὴν, καὶ προτροπὴ πρὸς νέαν ζωὴν τὴν [4] ἐν πνεύματι.

EPHES.

ζ'. Περὶ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης ποιούσης ἡμᾶς θεοειδεῖς.

η'. Περὶ τοῦ ζῆν ἐπαξίως τοῦ ἁγιασμοῦ, ἔργοις τὴν κακίαν ἐλέγχοντας, μὴ λόγοις· &c.

PHILIPP.

ϛ'. Παραινέσεις ἰδίᾳ τινῶν, καὶ κοινῇ πάντων.

COLOSS.

ε'. Περὶ τῆς διὰ τῶν πόνων αὐτοῦ διδαχῆς [5] ἀνακτικῆς εἰς παράστασιν Θεοῦ.

[1] παρασκευαστὴς] παρασκευὰς τῆς. *a.*
[2] δι'] Legunt *b. m. z.* omittit *a.*
[3] κρίσιν] κτίσιν. Mſ.
[4] ἐν πνεύματι] ὑπὸ πνεύματος. *a. b. m.*
[5] ἀνακτικῆς] ἀνεκτικῆς. *a. b. m.*

ϛʹ. Περὶ τȣ̃ μὴ ὑπάγεσθαι τῇ ἀνθρωπίνῃ φιλοσοφίᾳ ἀπατηλῇ τȣ̀ς ἐν [1] Χριςῷ τὴν σοφίαν ἔχοντας.

ηʹ. Ὅτι οἱ τȣ̃ σαρκικȣ̃ νόμȣ τύποι τοῖς σαρκικοῖς χρήσιμοι, καὶ οὐ πνευματικοῖς τοῖς ἐν δυνάμει [2] Θεȣ̃ ζῶσιν.

θʹ. Παραίνεσις [3] περὶ καθάρσεως, ἁγιασμȣ̃, φιλανθρωπίας, [4] φιλοθεότητος, φιλομαθείας, ψαλμῳδίας, εὐφήμȣ εἰς Θεὸν διαγωγῆς, εὐχαριςίας.

1 THESS.

βʹ. Πόθος [5] αὐτῶν, καὶ χαρὰ ἐπ' αὐτοῖς, καὶ μέριμνα [6] ἕως ἂν τελειωθῶσιν.

ϛʹ. Περὶ τȣ̃ αἰφνιδίως ἥξειν Χριςὸν, ὥςε δεῖν εὐτρεπίζεσθαι σπȣδῇ, πίςει, ἐλπίδι, &c.

2 THESS.

αʹ. Εὐχαριςία ὑπὲρ τῆς τῶν Θεσσαλονικέων πίςεως, καὶ ἀγάπης, καὶ ὑπομονῆς, ἐπὶ τιμῇ αὐτῶν, καὶ κολάσει τῶν θλιβόντων. Καὶ εὐχὴ ὑπὲρ [7] τελειώσεως αὐτῶν [8] ἐν δόξῃ Χριςȣ̃.

βʹ. Περὶ τέλους, [9] ὅτι μετὰ ἀντίχριςον τὸν πεμπόμενον ἐπὶ ἐλέγχῳ Ἰȣδαίων τῶν ἀπιςησάντων Χριςῷ.

[1] ἐν Χριςῷ] ἐν Θεῷ. *b. m.*
[2] Θεȣ̃] Χριςȣ̃. *a. b. m.*
[3] περὶ καθάρσεως] Deeſt περὶ in *a. b.*
[4] φιλοθεότητος, φιλομαθείας, ψαλμῳδίας, εὐφήμȣ εἰς Θεὸν διαγωγῆς, εὐχαριςίας] Deſunt in *z.*
[5] αὐτῶν] αὐτȣ̃. *a.*
[6] ἕως] *a.*
[7] τελειώσεως αὐτῶν] τελειώσεως αὐτῶν ἐνδόξȣ. *a. b. m.*
[8] ἐν δόξῃ] ἐπὶ δόξῃ. *a. b. m.*
[9] ὅτι] ὅτε. *b. m.*

1 TIM.

α′ Περὶ τοῦ εἰς ἀγάπην Θεοῦ ὁδηγίας, [1] τὴν ἀπροσδεῆ νομικῆς ἀνάγκης.

γ′. Παραγγελία περὶ πίστης καὶ εὐσυνειδήτου διακονίας, ἧς ἄνευ κίνδυνος.

ζ′. Περὶ θείας σαρκώσεως. Ἐν ᾧ, Περὶ τῶν ἐσομένων αἱρέσεων δαιμονικῶν.

2 TIM.

γ′. Περὶ τοῦ ἀφροντίδος ἐν τῷ νῦν βίῳ πολιτείας ἐπὶ ταῖς [2] ἀπόνοις τροφαῖς.

ε′. Περὶ ὀρθῆς διδασκαλίας, καὶ βίου καθαροῦ, [3] εἰρηνικοῦ, καὶ κατὰ τῶν ἐναντίων.

ϛ′. Πρόρρησις περὶ κακίας ἀνθρώπων πλεοναζούσης, ἀπατηλῆς ἐλεγχομένης.

TIT.

γ′. Παραινέσεις, ἃς δεῖ παραινεῖν καθ᾽ ἡλικίαν ἑκάστῳ.

ε′. Περὶ ἀρχόντων [4] ὑποταγῆς πρεπούσης τῇ ἐπιεικείᾳ [5] τοῦ Χριστοῦ.

ϛ′. Παραίνεσις, περὶ τοῦ ἐκκλίνειν τοὺς [6] ἐριστικοὺς [7] ζητητάς.

HEB.

γ′. Ὅτι ἐσαρκώθη κατὰ διάθεσιν καὶ συμπάθειαν καὶ οἰκειότητα τὴν πρὸς ἡμᾶς, &c.

[1] τὴν ἀπροσδεῆ] τῆς ἀπροσδοῦς. z.
[2] ἀπόνοις τροφαῖς] ἀτόποις τροφαῖς. a.
[3] εἰρηνικοῦ] καὶ εἰρηνικοῦ. z.
[4] ὑποταγῆς] ὑπακοῆς. b. m. z.
[5] τοῦ Χριστοῦ] τοῦ deest in z.
[6] ἐριστικοὺς] αἱρετικούς. a.
[7] ζητητάς.] ζητήσεις. m.
Ibid. τοὺς ἐριστικοὺς ζητητάς.] ἀπὸ τῶν ἐριστικῶς ζητούντων. z.

ιγʹ. Μαρτυρίαι περὶ τῆς μόνης καθάρσεως, καὶ προσαγωγῆς πρὸς τὸν Θεόν. [1] Ἐν ᾧ, Προτροπὴ τῆς ἐν πίστει [2] προόδου.

ιεʹ. Περὶ τοῦ καλὴν ἀρχὴν εἰς καλὸν τέλος [3] προαγαγεῖν.

ιςʹ. Περὶ πίστεως τῆς κατὰ τοὺς παλαιοὺς δοξασάσης.

ιζʹ. Περὶ ὑπομονῆς τῆς ἐν ἀκολουθήσει Χριστοῦ.

κβʹ. Εὐχὴ πρὸς τὸν Θεὸν περὶ τῆς εἰς ἀρετὴν ἀγωγῆς καὶ οἰκονομίας.

[1] Ἐν ᾧ] Ἐν αἷς. *b. m.*
[2] προόδου] προσόδου. *a. b.*
[3] προαγαγεῖν] προσαγεῖν. *a. b.*

PRIUSQUAM *pedem hinc promoveamus, notandum est, me complura Farraginis istius, qua Margo MS*[ti]*. passim scatet, sine versione dimisisse; quod accidit etiam in priori Operis parte. Omissum hoc candidus Lector, spero, facile condonabit. Neque enim ea erant quæ non Syriacæ linguæ mediocriter doctus pro se intelligat, neque magni sane momenti, utpote meras glossas exhibentia.*

ܦܪܟܣܝܣ ܕܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ܀

1 *ܠܡܐܡܪܐ ܡܢ ܩܕܡܝܐ ܥܒܕܬ *ܐܘ ܬܐܘܦܝܠܐ. ܥܠ ܟܠܗܘܢ Cap. I. * τον λογον
2 ܗܠܝܢ ܕܫܪܝ ܝܫܘܥ ܠܡܥܒܕ ܘܠܡܠܦܘ. [1] ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ * ω
ܗܘ ܕܟܕ ܦܩܕ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܫܠܝܚܐ ܗܢܘܢ ܕܓܒܐ ܒܝܕ ܪܘܚܐ
3 ܩܕܝܫܐ ܐܣܬܠܩ. ܠܗܘܢ ܕܐܦ ܩܝܡ ܢܦܫܗ ܗܘ ܚܝܐ ܕܢܚܫ
ܡܢ ܒܬܪ ܕܚܫ. ܒܐܬܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ. [2] ܒܝܘܡܬܐ ܐܪܒܥܝܢ
ܟܕ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܘܐܡܪ ܗܘܐ ܗܢܝܢ ܕܥܠ ܡܠܟܘܬܐ
4 ܕܐܠܗܐ. ܘܟܕ ܡܬܡܠܚ ܥܡܗܘܢ. ܦܩܕ ܠܗܘܢ ܕܡܢ

ACTUS APOSTOLORUM SANCTORUM.

1 SERMONEM quidem primum feci, O Theophile, de omnibus Cap. I.
2 quæ cœpit Jesus facere et docere, † Usque ad diem, quo quum præ-
cepisset ipsis Apostolis, quos elegerat per Spiritum Sanctum, assump-
3 tus est. Quibus etiam præbuit seipsum vivum, postquam passus est,
in signis multis, ‡ per dies quadraginta apparens iis, et dicens quæ de
4 regno Dei. Et salem-sumens cum iis, præcepit iis, ut Hierosolyma

	In margine MSti	
1 [ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ ܗܘ ܕܟܕ ܦܩܕ ܗܘܐ ܐܢܘܢ ܠܫܠܝܚܐ ܗܢܘܢ ܕܓܒܐ ܒܝܕ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܐܣܬܠܩ.		(ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ ܗܘ ܕܟܕ) ܐܣܬܠܩ ܒܬܪ ܕܦܩܕ ܠܫܠܝܚܐ ܗܢܘܢ ܕܓܒܐ ܒܝܕ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܘܦܩܕ ܠܡܟܪܙܘ ܣܒܪܬܐ܀
2 [ܒܝܘܡܬܐ ܐܪܒܥܝܢ		ܠܩܒܠ (ܝܘܡܬܐ ܐܪܒܥܝܢ)
† Usque ad diem, quo quum præcepisset ipsis Apostolis, quos elegerat per Spiritum Sanctum, assumptus est.]	Lectio Marg.	(Usque ad diem, quo) Assumptus est, postquam mandata dedisset Apostolis quos elegerat per Spiritum Sanctum, et præcepisset prædicare Evangelium. *Vid. Not.*
‡ per dies quadraginta]		

ܐܘܪܫܠܡ ܠܐ ܢܦܪܩܘܢ܂ ܐܠܐ ܢܣܟܘܢ ܠܡܘܠܟܢܗ ܕܐܒܐ ܗܘ
5 ܕܫܡܥܬܘܢ ܡܢܝ܂ ܕܝܘܚܢܢ ܡܢ ܐܥܡܕ ܒܡܝܐ܂ ܐܢܬܘܢ
ܕܝܢ ܬܬܥܡܕܘܢ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ܂ ܠܐ ܒܬܪ ܝܘܡܬܐ ܗܠܝܢ ܣܓܝܐܐ܂
6 ܗܢܘܢ ܡܢ ܗܟܝܠ ܟܕ ܐܬܟܢܫܘ܂ ܡܫܐܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܟܕ
ܐܡܪܝܢ܂ ܡܪܢ܂ ܐܢ ܒܙܒܢܐ ܗܢܐ ܡܦܢܐ ܐܢܬ ܡܠܟܘܬܐ
7 ܠܐܝܣܪܝܠ܀ ܐܡܪ ܕܝܢ ܠܗܘܢ܂ ܠܘ ܕܝܠܟܘܢ ܗܝ ܠܡܕܥ ܙܒܢܐ
8 ܐܘ ܙܒܢܐ܂ ܗܠܝܢ ܕܐܒܐ ܣܡ ܒܫܘܠܛܢܗ ܕܝܠܗ܂ ܐܠܐ
ܬܣܒܘܢ ܚܝܠܐ ܡܐ ܕܐܬܐ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܥܠܝܟܘܢ܂ ܘܬܗܘܘܢ ܠܝ
ܣܗܕܐ܂ ܒܐܘܪܫܠܡ ܘܒܟܠܗ ܝܗܘܕ ܘܒܫܡܪܝܢ܂ ܘܥܕܡܐ
9 *ܠܣܘܦܗ ܕܐܪܥܐ܀ ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܐܡܪ܂ ܟܕ ܚܙܝܢ ܗܘܘ ܫܩܝܠ *ἐσχάτου
10 ܐܬܕܒܪ܂ ܘܥܢܢܐ ܩܒܠܬܗ ܡܢ ܥܝܢܝܗܘܢ܂ ܘܟܕ ܡܬܒܩܝܢ ܗܘܘ
ܗܘܘ ܕܚܙܝܢ ܟܕ ܐܙܠ ܗܘܐ ܠܫܡܝܐ܂ ܘܗܐ ܓܒܪܐ ܬܪܝܢ
11 ܩܡܘ ܠܘܬܗܘܢ ܒܠܒܘܫܐ ܚܘܪܐ܂ ܗܢܘܢ ܕܐܦ ܐܡܪܘ܂ ܓܒܪܐ

non difcederent, fed expectarent promiffionem Patris, quam audiftis a
me. Quia Johannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptiza- 5
bimini Spiritu Sancto non poft dies hos multos. Ipfi quidem igitur 6
quum congregati effent, interrogabant eum, dicentes; Domine, num
tempore hoc reftitues regnum Ifraeli ? Dixit autem ad eos ; Non 7
veftrum eft noffe tempus aut opportunitates, quas Pater pofuit in
poteftate fua : Sed accipietis virtutem, quum venerit Spiritus Sanctus 8
fuper vos, et eritis mihi teftes et in Hierofolyma, et in tota Judæa,
et Samaria, et ufque ad ultimum terræ. Et quum hæc dixiffet, af- 9
picientibus illis, elevatus eft : et nubes excepit eum ab oculis eo-
rum. Et quum effent intenti dum ipfe abiret in cœlum, et ecce 10
viri duo fteterunt juxta eos in veftitu albo : Qui et dixerunt, Viri 11

ܓܠܝܠܝܐ܆ ܡܢܐ ܩܝܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܟܕ ܚܝܪܝܢ ܠܫܡܝܐ. ܗܢܐ
ܝܫܘܥ ܗܘ ܕܐܣܬܠܩ ܡܢܟܘܢ ܠܫܡܝܐ܆ ܗܟܢܐ ܢܐܬܐ ܒܗܘ ܙܢܐ
12 ܕܚܙܝܬܘܢܝܗܝ ܕܐܙܠ ܠܫܡܝܐ܀ ܗܝܕܝܢ ܗܦܟܘ ܠܐܘܪܫܠܡ
ܡܢ ܛܘܪܐ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܕܒܝܬ ܙܝܬܐ܆ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܘܬ
13 ܐܘܪܫܠܡ. ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܘܪܚܐ *ܕܫܒܬܐ. ܘܡܐ ܕܥܠܘ܆ *σαββάτου
ܣܠܩܘ ܠܥܠܝܬܐ ܐܝܟܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܕܡܩܘܝܢ.
ܦܛܪܘܣ. ܘܝܥܩܘܒ. ܘܝܘܚܢܢ. ܘܐܢܕܪܐܘܣ.
ܘܦܝܠܝܦܘܣ. ܘܬܐܘܡܐ. ܘܒܪܬܘܠܡܝ. ܘܡܬܝ. ܘܝܥܩܘܒ
*ܗܘ ܕܚܠܦܝ. ܘܫܡܥܘܢ ܗܘ ܛܢܢܐ܆ ܘܝܗܘܕܐ *ܗܘ
14 ܕܝܥܩܘܒ. ܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܕܡܩܘܝܢ ¹ܐܟܚܕܐ
ܒܨܠܘܬܐ܆ ܥܡ ܢܫܐ ܘܥܡ ܡܪܝܡ ܐܡܗ ܕܝܫܘܥ. ܘܥܡ ܐܚܘܗܝ܀
15 ²ܒܗܘܢ ܒܝܘܡܬܐ ܗܢܘܢ܆ ܟܕ ܩܡ ܦܛܪܘܣ ܒܡܨܥܬܐ

Galilæi, quid ſtatis intuentes in cœlum ? Hic Jeſus, qui aſſumptus
eſt a vobis in cœlum, ita veniet, quemadmodum vidiſtis eum eun-
12 tem in cœlum. Tunc reverſi ſunt Hieroſolymam a monte qui vo-
13 catur Oliveti, qui eſt juxta Hieroſolymam, habens iter ſabbati. Et
quum introiſſent, aſcenderunt in cœnaculum, ubi erant manentes et
Petrus, et Jacobus, et Johannes, et Andreas, et Philippus, et Tho-
mas, et Bartholomæus, et Matthæus, et Jacobus *ὁ τοῦ Alphæi,
14 et Simon Zelotes, et Judas *ὁ τοῦ Jacobi. Hi omnes perſevera-
bant concorditer in oratione, cum mulieribus, et Maria matre Jeſu,
et cum fratribus ipſius.
15 † Et in illis diebus, quum ſurrexiſſet Petrus in medio diſcipu-

¹ ܐܟܚܕܐ]	In margine MSti	ܒܚܕܐ ܢܦܫܐ—ὁμοθυμαδὸν
² ܒܗܘܢ ܒܝܘܡܬܐ ܗܢܘܢ]		(ܒܗܘܢ) ܕܝܢ (ܒܝܘܡܬܐ ܗܢܘܢ)
† Et in illis diebus]	Lectio Marg.	(In illis) Autem (diebus)

[Syriac text]
16 [Syriac text]
[Syriac text]
17 [Syriac text]
[Syriac text]
18 [Syriac text]
[Syriac text]
[Syriac text]
19 [Syriac text]
* ακελδαμα [Syriac text]
20 [Syriac text]
[Syriac text]

lorum, dixit, (erat autem turba nominum ſimul quaſi centum et
16 viginti,) Viri fratres, juſtum erat impleri ſcripturam hanc, quam
prædixit Spiritus Sanctus per os Davidis de Juda, qui fuit dux
17 illis qui apprehenderunt Jeſum: Quia connumeratus erat nobiſ-
18 cum, et ſortitus eſt ſortem miniſterii hujus. Hic quidem igitur
acquiſivit ſibi agrum ex mercede iniquitatis ⁜ ſuæ ✓, et præceps
19 factus crepuit medius: et effuſa ſunt omnia viſcera ejus. Et
notum factum eſt omnibus habitantibus Hieroſolymæ: adeo ut
vocaretur ager ille dialecto ipſorum, Aceldema, hoc eſt autem, Ager
20 ſanguinis. Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum; † Fiat habitatio
ejus deſerta, et non ſit qui habitet in ea: et, Epiſcopatum ejus ac-

1 : [Syriac text] In margine MSti : [Syriac text]

† Fiat habitatio ejus deſerta, et non ſit qui habitet in ea] Marg. Fiat habitatio eorum deſerta, et in tabernaculo eorum non ſit qui habitet. Ex Pſalmo 68.

21 ܕܝܠܗ ܢܣܒ ܐܚܪܢܐ܀ ܘܙܕܩ ܗܟܝܠ ܕܡܢ ܓܒܪ̈ܐ ܗܢܘܢ
ܕܐܬܟܢܫܘ ܥܡܢ ܒܟܠܗ ܙܒܢܐ܂ ܒܗܘ ܕܥܠ ܘܢܦܩ ܥܠܝܢ
22 ܡܪܝܐ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ܂ ܟܕ ܫܪܐ ܡܢ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܝܘܚܢܢ܂
ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ ܗܘ ܕܐܣܬܠܩ ܡܢܢ܂ ܣܗܕܐ ܕܩܝܡܬܐ ܕܝܠܗ
23 ܢܗܘܐ ܥܡܢ܂ ܚܕ ܡܢ ܗܠܝܢ܀ ܘܐܩܝܡܘ ܬܪܝܢ. ܠܝܘܣܦ ܗܘ
24 ܕܡܬܩܪܐ ܒܪܫܒܐ: ܗܘ ܕܐܬܟܢܝ ܝܘܣܛܘܣ ܘܠܡܬܝܐ܀ ܘܟܕ
ܨܠܝܘ ܐܡܪܘ. ܐܢܬ ܡܪܝܐ ܝܕܘܥܐ ܕܠܒ̈ܘܬܐ ܕܟܠ܂ ܚܘܝ ܗܘ
25 ܕܓܒܝܬ ܡܢ ܗܠܝܢ ܬܪܝܗܘܢ [1]ܚܕ܂ ܠܡܣܒ ܦܣܐ ܕܬܫܡܫܬܐ
ܗܕܐ ܘܕܫܠܝܚܘܬܐ܂ ܗܝ ܕܡܢܗ ܣܛܐ ܝܗܘܕܐ ܕܢܐܙܠ ܠܕܘ
26 ܟܬܐ ܕܝܠܗ܀ ܘܝܗܒܘ ܦܣ̈ܐ ܕܝܠܗܘܢ܂ ܘܢܦܠ ܦܣܐ
ܥܠ ܡܬܝܐ܂ ܘܐܬܡܢܝ ܥܡ ܚܕܥܣܪ ܫܠܝ̈ܚܐ܀

21 cipiat alius. Juſtum eſt igitur, ut ex viris illis qui convenerunt no-
biſcum toto tempore, quo ingreſſus eſt inter nos Dominus Jeſus
22 Chriſtus; Incipiens a baptiſmo Johannis uſque ad diem quo aſ-
ſumptus eſt a nobis, teſtis reſurrectionis ejus ſit nobiſcum unus ex
23 iſtis. Et ſtatuerunt duos, Joſen vocatum Barſabam, qui cogno-
24 minatus eſt Juſtus, et Matthiam. Et quum oraſſent, dixerunt, Tu
Domine, cognitor cordium omnium, oſtende quem elegeris ex his
25 duobus † unum, Accipere ſortem miniſterii hujus et Apoſtolatus, a
26 quo aberravit Judas, ut abiret in locum ſuum. Et dederunt ſortes
eorum, et cecidit ſors ſuper Matthiam, et annumeratus eſt cum duo-
decim Apoſtolis.

1 ܚܕ܂ ܠܡܣܒ ܦܣܐ ܕܬܫܡܫܬܐ ܗܕܐ] In margine MSti ܚܕ ܕܢܣܒ ܠܕܘܟܬܐ ܕܬܫܡܫܬܐ ܗܕܐ

† unum, Accipere ſortem miniſterii hujus] Lectio Marg. unum, Ut accipiat locum miniſterii hujus

Cap. II. ܘܟܕ ܡܫܬܡܠܐ ܗܘܐ ܝܘܡܐ ܕܦܢܛܩܘܣܛܝ܆ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ 1
ܟܠܗܘܢ ܕܟܢܝܫܝܢ ܐܟܚܕܐ܆ ܘܗܘܐ ܡܢ ܫܠܝ ܡܢ ܫܡܝܐ ܩܠܐ܆ 2
ܐܝܟ ܕܡܫܒܐ ܕܪܘܚܐ ܥܫܝܢܬܐ܆ ܘܡܠܝܗ ܠܟܠܗ ܒܝܬܐ܆
ܐܝܟܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܝܬܒܝܢ. ܘܐܬܚܙܝܘ ܠܗܘܢ ܠܫܢ̈ܐ 3
ܕܡܬܦܠܓܝܢ ܐܝܟ ܕܢܘܪܐ܆ ܘܝܬܒܘ ܥܠ ܚܕ ܚܕ ܡܢܗܘܢ.
ܘܐܬܡܠܝܘ ܟܠܗܘܢ ܪܘܚܐ ܩܘܕܫܐ. ܘܫܪܝܘ ܠܡܡܠܠܘ ܒܠܫܢ̈ܐ 4
ܐܚܪ̈ܢܐ܆ ܐܝܟ ܡܐ ܕܪܘܚܐ ܝܗܒ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܡܡܠܠܘ.
ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܒܐܘܪܫܠܡ ܕܥܡܪܝܢ ܝܗܘܕ̈ܝܐ ܓܒܪ̈ܐ 5
ܢܟܦ̈ܐ܆ ܡܢ ܟܠ * ܥܡܐ ܕܬܚܝܬ ܫܡܝܐ. ܟܕ ܗܘܐ ܕܝܢ 6 * ἔθνους
ܩܠܐ ܗܢܐ܆ ܟܢܫ ܟܠܗ ܥܡܐ܆ ܘܐܫܬܓܫ. ܡܛܠ ܕܫܡܥ
ܗܘܐ ܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ¹ܕܒܡܡܠܠܐ ܕܝܠܗܘܢ ܡܡܠܠܝܢ ܗܘܘ
ܠܗܘܢ. ܬܡܝܗܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܟܠܗܘܢ ܘܡܬܕܡܪܝܢ ܗܘܘ ܟܕ 7

Cap. II. Et quum impleretur dies Pentecostes, erant omnes congregati 1
simul: Et factus est repente e cœlo sonus, tanquam flatus venti 2
violenti, et implevit totam domum ubi erant sedentes. Et visæ 3
sunt iis linguæ dispertitæ tanquam ignis, et sederunt super unum-
quemque eorum. Et repleti sunt omnes Spiritu Sancto, et cœpe- 4
runt loqui linguis aliis, prout Spiritus dabat iis eloqui. Erant au- 5
tem in Hierosolyma habitantes Judæi, viri religiosi, ex omni gente
eorum qui *sunt* sub cœlo. Quum factus est autem sonus hic, con- 6
venit tota multitudo, et conturbata est, quoniam audiebat unusquis-
que ex iis † quod in dialecto ipsorum loquerentur iis. Obstupesce- 7

1 ܕܒܡܡܠܠܐ ܕܝܠܗܘܢ ܡܡܠܠܝܢ] ܗܘܘ ܠܗܘܢ — In margine MSti — (ܕ) ܒܠܫܢ̈ܐ ܕܝܠܗܘܢ (ܡܡܠܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ)

† quod in dialecto ipsorum loquerentur iis] — Lectio Marg. — (quod) In linguis ipsorum (loquerentur iis.)

[illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
[illegible]
10 [illegible]
[illegible]
11 [illegible]
[illegible]
12 [illegible]
[illegible]

bant autem omnes, et mirabantur, dicentes alii ad alios, Nonne ec-
8 ce omnes isti loquentes sunt Galilæi? Et quomodo nos audimus
9 unusquisque in dialecto nostra, † in qua nati sumus? Parthi, et
Medi, et Elamitæ, et qui habitant Mesopotamiam, Judæam, et
10 Cappadociam, Pontum, et Asiam, Phrygiam et Pamphyliam, Ægyp-
tum, et partes Lybiæ quæ ~~sunt vicinæ~~ Cyrenæ, et qui venerunt Ro- al vicina/
11 mani, et Judæi, et Proselyti, Cretes et Arabes: audimus eos lo-
12 quentes linguis nostris magnifica Dei. Obstupescebant autem om-
nes et hæsitabant, ‡ alius ad alium dicentes, Quidnam vult hoc

1 [illegible] In margine MSti [illegible]
2 [illegible] [illegible]

† in qua nati sumus] Lectio Marg. (in qua) Fuimus.
‡ alius ad alium dicentes,] (alius ad alium,) De illo quod factum est, (dicentes,)

13 ܠܡܗܘܐ. ܐܚܪ̈ܢܐ ܕܝܢ ܟܕ ܡܒܙܚܝܢ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ܀ ¹ܕܡܠܝܢ ܐܢܘܢ
14 ܐܢܘܢ ܕܚܡܪܐ܀ ܟܕ ܩܡ ܕܝܢ ܦܛܪܘܣ ܥܡ ܚܕܥܣܪ. ܐܪܝܡ ܩܠܗ܀
ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܓܒܪ̈ܐ ܝܗܘܕܝ̈ܐ ܘܐܝܠܝܢ ܕܥܡܪܝܢ
ܒܐܘܪܫܠܡ ܟܠܟܘܢ܀ ܗܕܐ ܢܗܘܐ ܝܕܝܥܐ ܠܟܘܢ ܘܨܘܬܘ
15 ܠܡ̈ܠܝ ܕܝܠܝ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܝܟ ܕܐܢܬܘܢ ܣܒܪܝܢ ܗܠܝܢ ܪܘܝܢ.
16 ܐܝܬܝܗ ܓܝܪ ܫܥܬܐ ܕܬܠܬ ܫ̈ܥܝܢ ܕܐܝܡܡܐ. ܐܠܐ ܗܕܐ
17 ܐܝܬܝܗ ܗܝ ܕܐܬܐܡܪܬ ܒܝܕ ܝܘܐܝܠ ܢܒܝܐ܀ ܘܬܗܘܐ ܒܝܘܡ̈ܬܐ
ܐܚܪ̈ܝܐ ܐܡܪ ܐܠܗܐ. ܐܫܘܕ ܡܢ ܪܘܚܝ ܥܠ ܟܠ ܒܣܪ܀
ܘܢܬܢܒܘܢ ܒܢ̈ܝܟܘܢ ܘܒܢ̈ܬܟܘܢ܀ ܘܥܠܝܡ̈ܝܟܘܢ ܚܙ̈ܘܐ
18 ܢܚܙܘܢ܀ ܘܩܫ̈ܝܫܝܟܘܢ ܚܠܡ̈ܐ ܢܚܠܡܘܢ܀ ܘܥܠ ܥܒ̈ܕܝ
ܕܝܠܝ ܘܥܠ ܐܡ̈ܗܬܝ ܕܝܠܝ. ܒܝܘܡ̈ܬܐ ܗܢܘܢ ܐܫܘܕ ܡܢ
19 ܪܘܚܝ ܕܝܠܝ ܘܢܬܢܒܘܢ܀ ܘܐܬܠ ܐܬ̈ܘܬܐ ܒܫܡܝܐ ܠܥܠ܀
ܘܬܕܡܪ̈ܬܐ ܥܠ ܐܪܥܐ ܠܬܚܬ܀ ܕܡܐ ܘܢܘܪܐ ܘ*ܥܛܪܐ ܕܬܢܢܐ܀ *ατμίδα

13 esse. Alii autem deridentes dicebant, † Quia mero sunt pleni.
14 Quum surrexisset autem Petrus cum undecim, extulit vocem suam,
et dixit iis; Viri Judæi, et qui habitatis Hierosolymæ omnes, hoc
15 notum sit vobis, et auscultate verba mea. Non enim, ut vos puta-
16 tis, hi ebrii sunt: est enim hora tertia diei: sed hoc est quod dic-
17 tum est per prophetam Joelem, Et erit in diebus ultimis, dicit Do-
minus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem: et prophe-
tabunt filii vestri et filiæ vestræ: et juvenes vestri visiones videbunt,
18 et seniores vestri somnia somniabunt. Et super servos meos, et su-
per ancillas meas, in diebus illis effundam de Spiritu meo, et pro-
19 phetabunt. Et dabo signa in cœlo sursum, et prodigia in terra de-

¹ [ܕܡܠܝܢ ܐܢܘܢ ܕܚܡܪܐ] In margine MSti ܕܪܘܝܢ ܐܢܘܢ.
† Quia mero sunt pleni.] Marg. Quia ebrii sunt.

20 ܫܡܫܐ ܢܬܗܦܟ ܠܚܫܘܟܐ ܘܣܗܪܐ ܠܕܡܐ: ܥܕܡܐ ܕܢܐܬܐ
21 ܝܘܡܗ ܕܡܪܝܐ ܗܘ ܪܒܐ ܘܓܠܝܐ. ܘܢܗܘܐ ܟܠ ܡܢ ܕܢܩܪܐ
22 ܫܡܗ ܕܡܪܝܐ ܢܐܚܐ. ܓܒܪܐ ܐܝܣܪܝܠܝܐ ܫܡܥܘ
ܡܠܐ ܗܠܝܢ. ܠܝܫܘܥ ܗܘ ܢܨܪܝܐ: ܓܒܪܐ ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܡܬܚܘܐ
ܠܟܘܢ: ܒܚܝܠܐ ܘܒܐܬܘܬܐ ܘܒܬܕܡܪܬܐ: ܗܠܝܢ ܕܥܒܕ ܒܐܝܕܗ
ܐܠܗܐ ܒܡܨܥܬܐ ܕܝܠܟܘܢ: ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܢܬܘܢ ܝܕܥܝܢ
23 ܐܢܬܘܢ. ܠܗܢܐ ܒܨܒܝܢܐ ܡܦܪܫܐ ܘܒܩܕܡܝܕܥܬܐ ܡܫܠܡܘ
ܕܐܠܗܐ. ܟܕ ܢܣܒܬܘܢ ܒܢܣܒܬܗ: ܒܐܝܕܐ ܕܠܐ ܢܡܘ̈ܣܝܐ
24 ܟܕ *ܩܒܥܬܘܢ ⁜ܒܨܠܝܒܐ ܩܛܠܬܘܢܝܗܝ. ܠܗܢܐ ܗܘ ܕܐܠܗܐ *προσπήξαντες
ܐܩܝܡ ܟܕ ܫܪܐ *ܚܒ̈ܠܐ ܕܡܘܬܐ: ܒܗܝ ܕܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ *ὠδῖνες
25 ܕܡܨܝܐ ܕܢܬܐܚܕ ܡܢܗ. ܕܘܝܕ ܓܝܪ ܐܡܪ ܥܠܘܗܝ: ܕܡܩܕܡ
ܗܘܝܬ ܚܙܐ ܠܡܪܝܐ ܩܕܡܝ ܒܟܠܙܒܢ: ܕܡܢ ܝܡܝܢܐ ܕܝܠܝ
26 ܐܝܬܘܗܝ: ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܐܙܕܘܥ. ܡܛܠ ܗܕܐ ܐܬܒܣܡ ܠܒܝ

20 orſum, ſanguinem, et ignem, et vaporem fumi. Sol convertetur
in tenebras, et luna in ſanguinem, priuſquam veniat dies Domini
21 illa magna et illuſtris. Et erit, omnis quicunque invocaverit no-
22 men Domini, ſervabitur. Viri Iſraelitæ, audite ſermones hos : Je-
ſum Nazarenum, virum, qui a Deo approbatus eſt apud vos virtuti-
bus, et ſignis, et prodigiis, quæ fecit per illum Deus in medio veſtri,
23 ſicut et vos noſtis : Hunc conſilio definito et præſcientia Dei tradi-
tum accepiſtis, *et* per manum iniquorum affigentes ⁜cruci✓ interfe-
24 ciſtis : Quem Deus excitavit, ſolvens dolores mortis, eo quod non
25 erat poſſibile ut detineretur ab ea. David enim dicit de eo ; Præ-
videbam Dominum coram me omni tempore : quoniam ad dexte-
26 ram meam eſt, ut non commovear. Propter hoc oblectatum eſt

ܕܝܠܝ ܘܪܘܙ ܠܫܢܐ ܕܝܠܝ. ܬܘܒ ܕܝܢ ܘܒܣܪܐ ܕܝܠܝ ܢܫܪܐ
27 ܥܠ ܣܒܪܐ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܬܫܒܘܩ ܐܢܬ ܠܢܦܫܐ ܕܝܠܝ ܒܫܝܘܠ:
28 ܘܠܐ ܬܬܠ ܐܢܬ ܠܚܣܝܐ ܕܝܠܟ ܠܡܚܙܐ ܚܒܠܐ. ܐܘܕܥܬ ܠܝ
ܐܘܪܚܐ ܕܚܝܐ ܬܡܠܝܢܢܝ ܒܚܕܘܬܐ ܥܡ ܦܪܨܘܦܐ ܕܝܠܟ:
29 ܓܒܪܐ ܐܚܐ. ܫܠܝܛ ܠܡܐܡܪ ܥܡ ܦܪܗܣܝܐ ܠܘܬܟܘܢ
ܡܛܠ ܪܝܫ ܐܒܗܬܐ ܕܘܝܕ: ܕܡܝܬ ܘܐܬܩܒܪ. ܘܩܒܪܐ ܕܝܠܗ
30 ܐܝܬܘܗܝ ܠܘܬܢ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ ܗܢܐ: ܟܕ ܢܒܝܐ ܗܟܝܠ ܐܝܬܘܗܝ
ܗܘܐ. [ܘ]ܝܕܥ ܕܒܡܘܡܬܐ ܝܡܐ ܠܗ ܐܠܗܐ: ܕܡܢ ܦܐܪܐ
ܕܚܨܬܐ ܕܝܠܗ ܒܒܣܪܐ ܠܡܩܡܘ ܠܡܫܝܚܐ: ܘܠܡܘܬܒܘ
31 ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܝܠܗ: ܟܕ ܩܕܡ ܚܙܐ: ܡܠܠ ܡܛܠ
ܩܝܡܬܗ ܕܡܫܝܚܐ: ܕܠܐ ܐܫܬܒܩܬ ܒܫܝܘܠ ܢܦܫܐ ܕܝܠܗ:
32 ܐܦܠܐ ܒܣܪܐ ܕܝܠܗ ܚܙܐ ܡܚܒܠܢܘܬܐ: ܠܗܢܐ ܝܫܘܥ
33 ܐܩܝܡ ܐܠܗܐ: ܕܗܘ ܕܚܢܢ ܟܠܢ ܐܝܬܝܢ ܣܗܕܐ. ܒܝܡܝܢܐ

cor meum, et exultavit lingua mea : insuper autem et caro mea
commorabitur in spe. Quoniam non derelinques animam meam in 27
inferno, neque dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Notam 28
fecisti mihi viam vitæ : replebis me jucunditate cum vultu tuo. Viri 29
fratres, liceat dicere cum libertate ad vos de Patriarcha Davide, quod
mortuus est et sepultus est, et sepulchrum ejus est apud nos usque
ad diem hunc. Quum propheta igitur esset, [*et*] sciens quod jure- 30
jurando jurasset sibi Deus, quod de fructu lumbi ejus secundum car-
nem suscitaret Christum, et collocaret super throno ejus : Prævidens 31
loquutus est de resurrectione Christi, quod non derelicta sit in infer-
no anima ejus, neque caro ejus viderit corruptionem. Hunc Jesum 32
suscitavit Deus, cujus nos omnes sumus testes. Dextera igitur Dei 33

ܗܟܝܠ ܕܐܠܗܐ ܐܬܬܪܝܡ. ܘܫܘܘܕܝܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܢܣܒ ܡܢ
ܐܒܐ: ¹ܐܫܕ ܗܢܐ ܡܘܗܒܬܐ ܗܝ ܕܗܫܐ ܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܫܡܥܝܢ
34 ܐܢܬܘܢ. ܠܘ ܓܝܪ ܕܘܝܕ ܣܠܩ ܠܫܡܝܐ. ܐܡܪ ܕܝܢ
ܗܘ: ܕܐܡܪ ܡܪܝܐ ܠܡܪܝ ܕܝܠܝ: ܬܒ ܡܢ ܝܡܝܢܐ ܕܝܠܝ:
35 ܥܕܡܐ ܕܐܣܝܡ ܒܥܠܕܒܒ̈ܝܟ ܟܘܒܫܐ ܬܚܝܬ ܪ̈ܓܠܝܟ܀
36 ܫܪܝܪܐܝܬ ܗܟܝܠ ܢܕܥ ܟܠܗ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ: ܕܐܦ ܡܪܝܐ
ܘܡܫܝܚܐ ܥܒܕܗ ܐܠܗܐ: ܠܗܢܐ ܝܫܘܥ: ܠܗܘ. ܕܐܢܬܘܢ
37 ܙܩܦܬܘܢ. ²ܟܕ ܫܡܥܘ ܕܝܢ ܐܬܬܘܝܘ ܒܠܒܐ. ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܠܘܬ
ܦܛܪܘܣ ܘܫܪܟܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ. ³ܡܢܐ ܢܥܒܕ ܓܒ̈ܪܐ ܐܚ̈ܐ.
38 ܦܛܪܘܣ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܬܘܒܘ ܘܥܡܕܘ ܟܠ ܚܕ ܡܢܟܘܢ

exaltatus, et promiſſionem Spiritus Sancti accipiens a Patre, † effudit
34 hoc donum, quod nunc videtis et auditis vos. Non enim David
aſcendit in cœlum : dicit autem ipſe, Dixit Dominus Domino meo,
35 Sede a dextera mea, Donec poſuero inimicos tuos ſcabellum ſub pe-
36 dibus tuis. Certo igitur ſciat tota domus Iſrael, quod et Dominum
et Chriſtum fecerit eum Deus, hunc Jeſum quem vos crucifixiſtis.
37 ‡ Audientes autem compuncti ſunt corde, dicentes ad Petrum et re-
38 liquos Apoſtolos, || Quid faciemus, viri fratres ? Petrus autem dixit

	In margine MSti	
1 ܐܫܕ ܗܢܐ ܡܘܗܒܬܐ ܗܢ]		(ܐܫܕ) ܗܢܐ ܡܕܡ.
2 ܟܕ ܫܡܥܘ ܕܝܢ ܐܬܬܘܝܘ ܒܠܒܐ]		ܗܝܕܝܢ ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܐܬܟܢܫܘ ܘܫܡܥܘ: ܐܬܥܝܩܘ (ܒܠܒܐ)
3 ܡܢܐ ܢܥܒܕ ܓܒ̈ܪܐ ܐܚ̈ܐ]		(ܡܢܐ ܢܥܒܕ ܓܒ̈ܪܐ ܐܚ̈ܐ) ܚܘܘ ܠܢ
† effudit hoc donum, quod]	Lectio Marg.	(effudit) Hoc, quod. *Vid. Not.*
‡ Audientes autem, compuncti ſunt corde.]		Tunc omnes qui congregati erant, et audierant, compuncti ſunt (corde.)
‖ Quid faciemus, viri fratres ?]		(Quid faciemus, viri fratres ?) Monſtrate nobis.

ܒܫܡܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ܀
39 ܘܬܣܒܘܢ ܠܡܘܗܒܬܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ. ܠܟܘܢ ܓܝܪ ܐܝܬܝܗ̇
ܫܘܘܕܝܐ ܘܠܒܢ̈ܝܐ ܕܝܠܟܘܢ. ܘܠܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܒܪܘܚܩܐ.
40 ܠܗܢܘܢ ܕܐܢ ܢܩܪܐ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܝܠܢ܀ ܘܒܡ̈ܠܐ ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ
ܣܓܝ̈ܐܬܐ ܡܣܗܕ ܗܘܐ #ܠܗܘܢ✓ ܘܡܒܝܐ ܗܘܐ ܟܕ ܐܡܪ܆
41 ܐܬܦܪܩܘ ܡܢ ܕܪܐ ܡܥܩܡܐ ܗܢܐ܀ ܗܢܘܢ ܡܢ ܗܟܝܠ
¹ܣܘܝܐܝܬ ܡܢ ܩܒܠܘ ܡܠܬܐ ܕܝܠܗ܆ ܥܡܕܘ܆ ܘܐܬܬܘܣܦܘ
ܒܝܘܡܐ ܗܘ܆ ܢܦܫ̈ܬܐ ܐܝܟ ܬܠܬܐ ܐܠܦ̈ܝܢ.
42 ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܡܬܢܩܦܝܢ ܒܡܠܦܢܘܬܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ܆
43 ܘܒܫܘܬܦܘܬܐ ܘܒܩܨܝܐ ܕܠܚܡܐ ܘܒܨܠܘ̈ܬܐ. ܗܘܝܐ ܗܘܬ
ܕܝܢ ܠܟܠ ܢܦܫ ܕܚܠܬܐ܀ ܘܣܓܝ̈ܐܬܐ ܐܬܘ̈ܬܐ ܘܬܕܡܪ̈ܬܐ

ad eos ; Reſipiſcite, et baptizetur unuſquiſque ex vobis in nomine
Domini noſtri Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum, et accipietis
donum Spiritus Sancti. Vobis enim eſt promiſſio, et filiis veſtris, 39
et omnibus qui longe *ſunt*, quoſcunque vocaverit Dominus Deus
noſter. Et ſermonibus aliis multis teſtabatur #iis✓, et exhortaba- 40
tur, dicens, Servemini a generatione prava hac. Qui quidem igitur 41
† libenter receperunt ſermonem ejus, *et* baptizati ſunt, et additæ
ſunt die illo animæ circiter tria millia.

Erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, et in com- 42
municatione, et in fractione panis, et in precibus. Fiebat autem 43
omni animæ timor : et multa ſigna et miracula per manus Apoſ-

¹ ܣܘܝܐܝܬ ܡܢ ܩܒܠܘ ܡܠܬܐ ܕܝܠܗ ܥܡܕܘ]	In margine MSti	(ܣܘܝܐܝܬ ܡܢ ܩܒܠܘ ܡܠܬܐ ܕܝܠܗ) ܘܗܝܡܢܘ ܘ (ܥܡܕܘ).
† libenter receperunt ſermonem ejus, *et* baptizati ſunt]	Lectio Marg.	(libenter receperunt ſermonem ejus) Et crediderunt, et (baptizati ſunt)

44 ܒܝܕ ܐܝܕܝܐ ܕܫܠܝܚܐ ܗܘܝܢ ܗܘܝ. ܟܠܗܘܢ ܕܝܢ ܗܢܘܢ
ܕܗܝܡܢܘ܆ ܐܟܚܕܗܘܢ ܗܘܘ ܐܟܚܕܐ. ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
45 ܟܠܗܝܢ ܓܘܢܝܬܐ. ܘܩܢܝܢܐ *ܘܡܩܢܝܢܐ ܡܙܒܢܝܢ ܗܘܘ܆ *και τας ὑπαρξεις
ܘܡܦܠܓܝܢ ܗܘܘ ܠܗܝܢ ܠܟܠܗܘܢ܆ ܐܝܟ ܡܐ ܕܐܢ
46 ܐܢܫ ܣܘܢܩܢܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܟܠܝܘܡ ܡܟܬܪܝܢ ܗܘܘ
ܐܟܚܕ ܒܗܝܟܠܐ. ܘܟܕ ܒܒܝܬܐ ܩܨܝܢ ܗܘܘ ܠܚܡܐ
ܡܫܬܘܬܦܝܢ ܗܘܘ ܒܬܘܪܣܝܬܐ܆ ܒܚܕܘܬܐ ܘܒܦܫܝܛܘܬܐ
47 ܕܠܒܗܘܢ. ܡܫܒܚܝܢ ܗܘܘ ܠܐܠܗܐ܆ ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
*ܛܝܒܘܬܐ ܠܘܬ ܟܠܗ ܥܡܐ܀ ܗܘ ܕܝܢ ܡܪܝܐ ܡܘܣܦ ܗܘܐ *χαριν
ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܬܦܪܩܝܢ ܒܟܠܝܘܡ ܒܥܕܬܐ܀

1 ܐܟܚܕ ܕܝܢ ܦܛܪܘܣ ܘܝܘܚܢܢ ܣܠܩܝܢ ܗܘܘ ܠܗܝܟܠܐ. ܠܘܬ Cap. III.
2 ܙܒܢܐ ܕܨܠܘܬܐ ܕܫܥܐ ܬܫܥܐ. ܘܐܢܫ ܓܒܪܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܚܓܝܪܐ
ܡܢ ܟܪܣܐ ܕܐܡܗ܆ ܡܬܛܥܢ ܗܘܐ. ܠܗܘ ܕܣܝܡܝܢ ܒܟܠ
ܝܘܡ ܠܘܬ ܬܪܥܐ ܕܗܝܟܠܐ ܕܡܬܩܪܐ *ܫܦܝܪܐ: ܠܡܫܐܠ *ωραιαν

44 tolorum fiebant. Omnes autem qui crediderunt, erant ſimul :
45 et habebant omnia communia. Et poſſeſſiones et facultates ven-
46 debant et dividebant eas omnibus, prout quis opus habebat. Et
quotidie perſeverabant concorditer in templo, et domatim frangen-
tes panem communicabant in cibo, cum exultatione et ſimplici-
47 tate cordis ſui : Laudantes Deum, et habentes gratiam apud to-
tum populum. Ipſe autem Dominus addebat eos qui ſalvi fierent
quotidie eccleſiæ.

1 Simul autem Petrus et Johannes aſcendebant in templum, cir- Cap. III.
2 ca tempus orationis, nona hora. Et quidam vir qui erat claudus
ex utero matris ſuæ, portabatur : quem ponebant quotidie ad por-
tam templi, quæ dicitur Specioſa, petere eleemoſynam ab iis qui

3 ܡܪܚܡܢܘܬܐ. ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܥܐܠܝܢ ܠܗܝܟܠܐ. ܗܘ ܕܟܕ ܚܙܐ
ܠܦܛܪܘܤ ܘܠܝܘܚܢܢ ܕܥܬܝܕܝܢ ܠܡܥܠ ܠܗܝܟܠܐ. ܫܐܠ
4 ܗܘܐ *ܡܪܚܡܢܘܬܐ. ܟܕ ܚܪ ܕܝܢ ܦܛܪܘܤ ܒܗ ܥܡ ܝܘܚܢܢ ܐܡܪ. * ελεημοσυνην
5 ܚܘܪ ܒܢ. ܗܘ ܕܝܢ ܚܪ ܒܗܘܢ ܟܕ ܡܣܟܐ ܗܘܐ ܡܕܡ ܡܢܗܘܢ
6 ܠܡܣܒ ܀ ¹ܐܡܪ ܕܝܢ ܦܛܪܘܤ. ܣܐܡܐ ܘܕܗܒܐ ܠܝܬ ܠܝ.
ܗܘ ܡܕܡ ܕܝܢ ܕܐܝܬ ܠܝ. ܗܢܐ ܠܟ ܝܗܒ ܐܢܐ. ܒܫܡܗ ܕܝܫܘܥ
7 ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܢܨܪܝܐ. ܩܘܡ ܘܗܠܟ. ܘܟܕ ܐܚܕܗ ܒܐܝܕܗ ܕܝܡܝܢܐ
ܐܩܝܡܗ. ܒܪ ܫܥܬܗ [ܕܝܢ] ܐܫܬܪܪܘ ܦܣܥܬܐ ܕܝܠܗ ܘ
8 ܩܘܪ̈ܨܠܘܗܝ. ܘܟܕ ܫܘܪ ܩܡ ܘܡܗܠܟ ܗܘܐ. ܘܥܠ ܥܡܗܘܢ
ܟܕ ܡܗܠܟ ܠܗܝܟܠܐ. ܘܟܕ ܡܫܘܪ ܘܡܫܒܚ ܠܐܠܗܐ.
9 ܘܚܙܝܗܝ ܟܠܗ ܥܡܐ ܟܕ ܡܗܠܟ ܘܡܫܒܚ ܠܐܠܗܐ܀
10 ܘܐܫܬܘܕܥܘܗܝ ܕܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ. ܗܘ ܕܡܛܠ ܡܪܚܡܢܘܬܐ

ingrediebantur in templum. Qui quum vidiſſet Petrum et Johan- 3
nem futuros introire in templum, rogabat eleemoſynam. Quum 4
intuitus eſſet autem Petrus eum cum Johanne, dixit, Intuere
nos. Ipſe autem intuitus eſt eos expectans aliquid ab iis accipere. 5
† Dixit autem Petrus, Argentum et aurum non eſt mihi : quod 6
autem eſt mihi, hoc tibi do : in nomine Jeſu Chriſti Nazareni,
ſurge et ambula. Et apprehendens eum manu ejus dextera, erex- 7
it eum : protinus [*autem*] confirmatæ ſunt plantæ ipſius et tali
ejus. Et exſiliens ſtetit, et ambulavit ; et ingreſſus eſt cum iis am- 8
bulans in templum, et exſiliens, et laudans Deum. Et vidit eum 9
totus populus ambulantem, et laudantem Deum. Et agnoverunt 10
eum, quod hic eſſet qui propter eleemoſynam ſedebat ad portam

1 ܐܡܪ ܕܝܢ ܦܛܪܘܤ] In margine MSti (ܐܡܪ ܕܝܢ ܦܛܪܘܤ) ܠܘܬܗ

† Dixit autem Petrus] Lectio Marg. (Dixit autem Petrus) Ad eum.

ܝܬܒ ܗܘܐ ܥܠ ܬܪܥܐ ܕܫܦܝܪܐ ܕܗܝܟܠܐ. ܘܐܬܡܠܝܘ ܟܠܗܘܢ
11 ܬܗܪܐ ܘܬܘܗܬܐ ܥܠ ܗܝ ܕܓܕܫܬ ܠܗ ⁘ ܟܕ ܐܚܝܕ ܗܘܐ ܕܝܢ
ܗܘ ܠܦܛܪܘܣ ܘܠܝܘܚܢܢ܆ ܪܗܛ ܠܘܬܗܘܢ ܟܠܗ ܥܡܐ
12 ܠܐܣܛܘܐ ܕܡܬܩܪܐ ܕܫܠܝܡܘܢ ܟܕ ܬܗܪܝܢ ⁘ ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܦܛܪܘܣ܆
ܥܢܐ ܠܘܬ ܥܡܐ܆ ܓܒܪ̈ܐ ܐܝܣܪܝܠܝ̈ܐ܆ ܡܢܐ ܡܬܕܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܥܠ ܗܕܐ. ܐܘ ܠܢ ܡܢܐ ܚܝܪܝܢ ܐܢܬܘܢ܆ ܐܝܟ ܗܘ ܕܒܚܝܠܐ
ܕܝܠܢ ܐܘ *ܒܫܦܝܪܘܬ ܕܚܠܬܐ܆ ܥܒܕܢ ܗܘ ܕܢܗܠܟ ܗܢܐ. * εὐσέβεια
13 ܐܠܗܐ ܕܐܒܪܗܡ ܘܕܐܝܣܚܩ ܘܕܝܥܩܘܒ܆ ܐܠܗܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܕܝܠܢ
ܫܒܚܗ *ܠܛܠܝܐ ܕܝܠܗ ܝܫܘܥ. ¹ܗܘ ܕܐܢܬܘܢ ܡܢ ܐܫܠܡܬܘܢ * παῖδα
ܘܟܦܪܬܘܢ ܒܗ ܩܕܡ ܦܪܨܘܦܗ ܕܦܝܠܛܘܣ܆ ܟܕ ܕܢ ܗܘܐ ܗܘ
14 ܕܢܫܪܝܘܗܝ. ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܘܙܕܝܩܐ ܟܦܪܬܘܢ. ²ܘܫܐܠܬܘܢ

Speciosam templi : et impleti sunt omnes admiratione et stupore su-
11 per eo quod contigerat ei. Quum teneret autem ipse Petrum et
Johannem, cucurrit ad eos totus populus ad porticum quæ vocatur
12 Solomonis, obstupescens. Quum vidisset autum Petrus, respondit ad
populum ; Viri Israelitæ, quid miramini super hoc ? aut nos quid
intuemini, quasi virtute nostra aut pietate fecerimus, ut ambularet
13 hic ? Deus Abrahami, et Isaaci, et Jacobi, Deus patrum nostrorum
glorificavit Filium suum Jesum, † quem vos quidem tradidistis, et
negastis eum ante faciem Pilati, quum judicasset ille, ut solveret
14 eum. Vos autem Sanctum et Justum negastis, ‡ et petiistis virum

1 ܗܘ ܕܐܢܬܘܢ ܡܢ ܐܫܠܡܬܘܢ] In margine MSti (ܗܘ ܕܐܢܬܘܢ ܡܢ ܐܫܠܡܬܘܢ) ܠܕܝܢܐ

2 ܘܫܐܠܬܘܢ ܠܓܒܪܐ ܩܛܘܠܐ] (ܘܫܐܠܬܘܢ) ܡܝܬܪܐܝܬ (ܠܓܒܪܐ ܩܛܘܠܐ)

† quem vos quidem tradidistis] Lectio Marg. (quem vos quidem tradidistis) In judicium.

‡ et petiistis virum homicidam] (et petiistis) Potius (virum homicidam).

15 [illegible]
[illegible]
16 [illegible]
[illegible]
17 [illegible]
[illegible][1]
18 [illegible]
19 [illegible]
[illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
[illegible]

* τον προκεχειρισμενον

homicidam liberari vobis : Principem autem vitæ interfeciſtis, quem 15
Deus ſuſcitavit a mortuis ; cujus nos teſtes ſumus. Et per fidem 16
nominis ejus, hunc quem videtis et noſtis, confirmavit nomen ipſius :
et fides quæ per ipſum dedit illi integritatem hanc coram omnibus
vobis. Et nunc, fratres, ſcio † quod per ignorantiam feciſtis, ſicut 17
et principes veſtri. Deus autem quæ prænunciaverat per os omni- 18
um prophetarum, ut paſſurus eſſet Chriſtus ejus, implevit ita. Re- 19
ſipiſcite igitur, et convertimini, ut deleantur peccata veſtra : ut ve-
niant ⌗ vobis ✓ tempora tranquillitatis a conſpectu Domini, Et mit- 20
tat illum, qui prius erat deſignatus vobis, Chriſtum Jeſum. Quem 21
oportet cœlum quidem accipere uſque ad tempora reſtitutionis omni-

1 [illegible] In margine MSti [illegible]
† quod per ignorantiam feciſtis] Lectio Marg. (quod per ignorantiam feciſtis) Malum,

ܗܠܝܢ ܕܡܠܠ ܐܠܗܐ ܒܝܕ ܦܘܡܐ ܕܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܝܠܗ
22 ܢܒܝܐ ܗܢܘܢ ܕܡܢ ܥܠܡ ܀ ܡܘܫܐ ܡܢ ܐܡܪ ܠܘܬ ܐܒܗ̈ܬܐ
ܕܢܒܝܐ ܠܟܘܢ ܢܩܝܡ. ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܡܢ ܐܚܝܟܘܢ
ܐܟܘܬܝ. ܠܗ ܬܫܡܥܘܢ ܒܟܠܗܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܢ ܢܡܠܠ
23 ܠܘܬܟܘܢ. ܢܗܘܐ ܕܝܢ ܟܠ ܢܦܫ ܗܝ ܐܝܕܐ ܕܠܐ ܬܫܡܥ ܠܢܒܝܐ
24 ܗܘ. ܬܬܚܪܡ ܡܢ ܥܡܐ. ܘܟܠܗܘܢ ܕܝܢ ܢܒܝܐ ܡܢ ܫܡܘܐܝܠ
ܘܗܢܘܢ ܕܡܢ ܒܬܪܗ. ܡܠܠܘ ܘܣܒܪܘ ܥܠ ܝܘ̈ܡܬܐ
25 ܗܠܝܢ ܀ ܐܢܬܘܢ ܐܝܬܝܟܘܢ ܒܢܝܐ ܕܢܒܝܐ. ܘܕܕܝܬܝܩܐ ܗܝ
ܕܦܩܕ ܐܠܗܐ ܠܘܬ ܐܒܗ̈ܬܐ ܕܝܠܢ. ܟܕ ܐܡܪ ܠܘܬ ܐܒܪܗܡ.
26 ܘܒܙܪܥܟ ܢܬܒܪܟܘܢ ܟܠܗܘܢ ¹ܫܪ̈ܒܬܐ ܕܐܪܥܐ. ܠܟܘܢ ܩܕܡܝܬ
ܐܠܗܐ ܟܕ ܐܩܝܡ *ܠܒܪܗ ܕܝܠܗ. ܫܕܪ ܟܕ ܡܒܪܟ ܠܟܘܢ. * παιδα
ܟܕ ܢܬܦܢܐ ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܒܝܫܬܗ ܕܝܠܗ܀

um, quæ loquutus eſt Deus per os omnium ſanctorum ſuorum pro-
22 phetarum qui a ſeculo. Moſes quidem dixit ad patres, Quod Pro-
phetam vobis excitabit Dominus Deus noſter ex fratribus veſtris, ſi-
cut me: eum audietis in omnibus quæcunque loquutus fuerit ad
23 vos. Erit autem, Omnis anima quæ non audierit prophetam il-
24 lum, exterminabitur de populo. Et omnes autem prophetæ a Sa-
muele, et ii qui deinceps *fuerunt*, omnes loquuti ſunt et annunciave-
25 runt de diebus illis. Vos eſtis filii prophetarum, et fœderis quod
juſſit Deus ad patres noſtros, dicens ad Abrahamum; Et in ſemine
26 tuo benedicentur omnes † tribus terræ. Vobis primum Deus reſuſ-
citans Filium ſuum, miſit benedicentem vobis, quum converſus fu-
erit unuſquiſque a pravitatibus veſtris.

1 ܫܪ̈ܒܬܐ ܕܐܪܥܐ] In margine MSti ܥܡ̈ܡܐ (ܕܐܪܥܐ) ܕܫܪܒܬܐ
† tribus terræ] Lectio Marg. Gentes (terræ). *Vid. Not.*

CAP. IV. ܟܕ ܡܡܠܠܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܥܡ ܥܡܐ܆ ܩܡܘ ܥܠܝܗܘܢ 1
ܟܗܢܐ ܘܐܣܛܪܛܝܓܐ ܕܗܝܟܠܐ ܘܙܕܘܩܝܐ܆ ܟܕ ܟܪܐ ܠܗܘܢ ܥܠ ܗܕܐ 2
ܕܡܠܦܝܢ ܗܘܘ ܠܥܡܐ ܘܡܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܒܝܫܘܥ ܠܩܝܡܬܐ
ܕܡܢ ܡܝܬܐ. ܘܐܪܡܝܘ ܒܗܘܢ ܐܝܕܝܐ܆ ܘܣܡܘ ܐܢܘܢ 3
ܒܡܛܪܬܐ ܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ. ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܓܝܪ ܪܡܫܐ ܗܝ ܟܕܘ܀
ܣܓܝܐܐ ܕܝܢ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܥܘ ܡܠܬܐ ܗܝܡܢܘ ܗܘܘ. ܘܗܘܐ 4
ܡܢܝܢܐ ܕܓܒܪܐ ܐܝܟ ܐܠܦܝܢ ܚܡܫܐ.
ܗܘܐ ܕܝܢ ܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ܆ ܠܡܬܟܢܫܘ ܪܫܢܐ ܕܝܠܗܘܢ ܘܩܫܝܫܐ 5
ܘܣܦܪܐ ܒܐܘܪܫܠܡ. ܐܦ ܚܢܢ ܪܒ ܟܗܢܐ ܘܩܝܦܐ ܘܝܘܚܢܢ 6
ܘܐܠܟܣܢܕܪܘܣ. ܘܟܠܗܘܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܡܢ ܫܪܒܬܐ
ܕܪܒܝ ܟܗܢܐ. ܘܟܕ ܐܩܝܡܘ ܐܢܘܢ ܒܡܨܥܬܐ܆ ܡܫܐܠܝܢ ܗܘܘ܀ 7

CAP. IV. † Quum loquerentur autem ad populum, ſurrexerunt contra eos 1
ſacerdotes, et præfecti templi, et Sadducæi, Dolore affecti, quod do- 2
cerent populum, et annunciarent in Jeſu reſurrectionem ex mor-
tuis. Et injecerunt in eos manus, et poſuerunt eos in cuſtodiam 3
in craſtinum : erat enim veſpera jam. Multi autem ex iis qui 4
audierant ſermonem, crediderunt : et factus eſt numerus virorum
quaſi millia quinque.
Factum eſt autem in craſtinum, ut congregarentur primores 5
eorum, et ſeniores, et ſcribæ in Hieroſolyma ; Et Annas princeps 6
ſacerdotum, et Caiphas, et Johannes, et Alexander, et omnes qui
erant ex genere pontificali : Et quum ſtatuiſſent eos in medio, in- 7

1 ܟܕ ܡܡܠܠܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ] ܥܡ ܥܡܐ — In margine MSti — (ܟܕ ܡܡܠܠܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܥܡ ܥܡܐ) ܗܠܝܢ ܡܠܐ

† Quum loquerentur autem ad populum] — Lectio Marg. — (Quum loquerentur autem ad populum) Sermones hos.

ܕܒܐܝܢܐ ܚܝܠܐ ܐܘ ܒܐܝܢܐ ܫܡܐ. ܥܒܕܬܘܢ ܗܕܐ ܐܢܬܘܢ܀
8 ܗܝܕܝܢ ܦܛܪܘܣ ܟܕ ܐܬܡܠܝ ܡܢ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܐܡܪ ܠܘܬܗܘܢ.
9 ܪ̈ܫܝܐ ܕܥܡܐ ܘܩܫܝ̈ܫܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܐܢ ܚܢܢ ܝܘܡܢܐ
ܡܬܬܕܝܢܝܢ ܡܢܟܘܢ ܥܠ ܛܝܒܘܬܐ ܕܗܘܬ ܠܒܪܢܫܐ
10 ܡܚܝܠܐ. ܕܒܡܢܐ ܗܢܐ ܐܬܦܪܩ. ܝܕܝܥܐ ܬܗܘܐ ܠܟܠܟܘܢ
ܘܠܟܠܗ ܥܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܕܒܫܡܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܗܘ
ܢܨܪܝܐ. ܠܗܘ ܕܐܢܬܘܢ ܙܩܦܬܘܢ. ܠܗܘ ܕܐܠܗܐ ܐܩܝܡ ܡܢ
11 ܡܝ̈ܬܐ. [1] ܒܗܢܐ ܩܐܡ ܗܢܐ ܩܕܡܝܟܘܢ ܚܠܝܡܐ. ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ
ܟܐܦܐ ܗܘ ܕܐܣܬܠܝ ܡܢܟܘܢ ܒܢܝ̈ܐ. ܗܘ ܕܗܘܐ ܠܪܝܫܐ
12 ܕܙܘܝܬܐ. ܘܠܐ ܐܝܬ ܒܐܚܪܢܐ ܘܠܐ ܒܚܕ ܦܘܪܩܢܐ. ܐܦ ܠܐ ܓܝܪ
ܫܡܐ ܐܚܪܢܐ ܐܝܬ ܕܝܗܝܒ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ ܬܚܝܬ ܫܡܝܐ. ܒܗܘ
13 ܕܘܠܐ ܠܢ ܠܡܬܦܪܩܘ ـ ܟܕ ܚܙܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܠܦܪܪܗܣܝܐ

8 terrogabant, Qua virtute, aut quo nomine feciſtis hoc vos ? Tunc
Petrus repletus Spiritu Sancto, dixit ad eos, Principes populi, et ſe-
9 niores Iſraelis, Si nos hodie judicamur a vobis ſuper beneficio quod
10 factum eſt homini infirmo, in quo hic ſervatus ſit : Notum ſit
omnibus vobis, et toti populo Iſraelis, quod in nomine Jeſu Chriſti
Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitavit ex mortuis,
11 † in hoc aſtat hic coram vobis ſanus. Hic eſt lapis qui reprobatus
12 eſt a vobis ædificatoribus, qui factus eſt caput anguli. Et non eſt
in alio quoquam ſalus : neque enim nomen aliud eſt datum ho-
13 minibus ſub cœlo, in quo oportet nos ſervari. Quum viderent

1 ܒܗܢܐ ܩܐܡ ܗܢܐ ܩܕܡܝܟܘܢ ܚܠܝܡܐ] In margine MSti (ܒܗܢܐ ܩܐܡ ܗܢܐ ܩܕܡܝܟܘܢ ܚܠܝܡܐ) ܒܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܘܠܐ ܐܢܫ

† in hoc aſtat hic coram vobis ſanus] Lectio Marg. (In hoc aſtat hic coram vobis ſanus) : In alio autem nemine.

[Syriac text]
[Syriac text]
14 [Syriac text]
[Syriac text]
15 [Syriac text]
16 [Syriac text]
[Syriac text]
[Syriac text]
17 [Syriac text]
[Syriac text]

autem loquendi libertatem Petri et Johannis, et quum deprehen-
diſſent quod homines illiterati eſſent et idiotæ, mirati ſunt : et ag-
noſcebant eos, quod cum Jeſu fuiſſent. Et quum hominem vide- 14
rent, quod ſtaret cum iis, qui ſanatus fuerat, nihil habebant contra-
dicere. Quum præcepiſſent autem, ut extra concilium irent, con- 15
ſultaverunt ad invicem, Dicentes ; Quid faciemus hominibus iſtis ? 16
quoniam ſignum quidem enim notum factum eſt per eos, omnibus
habitantibus Hieroſolymæ manifeſtum *eſt*, et non poſſumus nega-
re : † Sed ne amplius ſit diviſio in populo, minaciter intermi- 17
nemur iis, ut non amplius loquantur in nomine hoc ulli ex homini-

1 [Syriac text] In margine MSti [Syriac text]

† Sed ne amplius ſit diviſio in populo] Lectio Marg. (Sed ne amplius ſit diviſio in populo) Propter ſermones hos.

18 ܢܡܠܠܘܢ ܒܫܡܐ ܗܢܐ ܘܠܐ ܠܐܢܫ ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ ܀ ¹ܘܩܪܘ ܐܢܘܢ
ܠܗܘܢ ܦܩܕܘ. ܕܟܠܗܢܝܐ ܠܐ ܢܡܠܠܘܢ ܘܐܦܠܐ ܢܠܦܘܢ
19 ܒܫܡܗ ܕܝܫܘܥ ܀ ܦܛܪܘܣ ܕܝܢ ܘܝܘܚܢܢ ܥܢܘ ܘܐܡܪܘ
ܠܘܬܗܘܢ.. ܐܢ ܟܐܢܘܬܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܀ ܕܠܟܘܢ ܢܫܡܥ
20 * ܡܝܬܪܐܝܬ ܐܘ ܠܐܠܗܐ ܕܘܢܘ. ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܓܝܪ ܚܢܢ ܀ ܕܡܕܡ * μᾶλλον
21 ܕܚܙܝܢ ܘܫܡܥܢ ܠܐ ܢܡܠܠ ܀ ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܟܕ ܐܘܥܕܘ ܫܪܘ
ܐܢܘܢ. ܟܕ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܝܟܢܐ ܕܢܦܪܥܘܢ ܐܢܘܢ ܡܛܠ
ܥܡܐ. ܡܛܠ ܕܟܠܗܘܢ ܡܫܒܚܝܢ ܗܘܘ ܠܐܠܗܐ ܥܠ ܗܝ
22 ܕܗܘܬ. ܝܬܝܪ ܓܝܪ ܡܢ ܒܪ ܕܐܪܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
23 ܓܒܪܐ ܗܘ ܕܒܗ ܗܘܬ ܗܕܐ ܐܬܐ ܕܐܣܝܘܬܐ ܀ ܟܕ ܐܫܬܪܝܘ ܕܝܢ
ܐܬܘ ܠܘܬ ܗܢܘܢ ܕܝܠܗܘܢ ܀ ܘܐܫܬܥܝܘ #ܠܗܘܢ ܟܠܗܝܢ

18 bus. † Et accersentes eos, præceperunt, ut omnino non loqueren-
19 tur, neque docerent in nomine Jesu. Petrus autem et Johannes
respondentes dixerunt ad eos, An justum est coram Deo, ut vos au-
20 diamus potius quam Deum, judicate: Non possumus enim nos,
21 quæ vidimus et audivimus non loqui. Illi autem quum minati es-
sent dimiserunt eos, nihil invenientes quomodo punirent eos, prop-
ter populum: quia omnes glorificabant Deum super eo quod factum
22 fuerat. Amplius enim quam quadraginta annorum filius erat homo
23 ille, in quo factum fuerat hoc signum sanationis. Quum dimissi
essent autem, venerunt ad suos, et annunciarunt #iis✓ omnia quæ

1 ܘܩܪܘ ܐܢܘܢ ܦܩܕܘ ܠܗܘܢ] In margine MSti ܟܕ ܡܠܟܘ ܕܝܢ ܠܦܘܣܩܐ (ܩܪܘ ܐܢܘܢ) ܦܩܕܘ ܠܗܘܢ

† Et accersentes eos, præceperunt] Lectio Marg. Quum consensissent autem ad sententiam, (accersentes eos, præceperunt)

ܡܕܡ ܕܐܡܪܘ ܠܗܘܢ ܪܒܝ ܟܗܢܐ ܘܩܫܝܫܐ܂ ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܟܕ 24
ܫܡܥܘ ܐܟܚܕܐ ܐܪܝܡܘ ܩܠܗܘܢ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܘܐܡܪܘ܂ ܡܪܝܐ܂
ܐܢܬ ܗܘ ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܥܒܕܬ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܝܡܡܐ
ܘܟܠܡܕܡ ܕܐܝܬ ܒܗܘܢ܂ ܗܘ ܕܒܦܘܡܗ ܕܕܘܝܕ ܐܒܐ ܕܝܠܢ 25
ܥܒܕܟ ܒܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܐܡܪܬ܂ ܠܡܢܐ ܪܓܫܘ ܥܡܡܐ܂
ܘܥܡܡܐ ܐܬܗܓܝܘ ܣܪܝܩܬܐ܂ ܩܡܘ ܡܠܟܐ ܕܐܪܥܐ܂ ܘܫܠܝܛܢܐ 26
ܐܬܟܢܫܘ ܐܟܚܕܐ܂ ܥܠ ܡܪܝܐ ܘܥܠ ܡܫܝܚܐ ܕܝܠܗ ܀ ܐܬܟܢܫܘ 27
ܓܝܪ ܒܫܪܪܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ܂ ܥܠ ܩܕܝܫܐ ܒܪܐ ܕܝܠܟ ܝܫܘܥ
ܗܘ ܕܡܫܚܬ܂ ܘܗܪܘܕܣ ܘܦܢܛܝܘܣ ܦܝܠܛܘܣ܂ ܥܡ
ܥܡܡܐ ܘܥܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ܂ ܠܡܥܒܕ ܟܠܗܝܢ ÷ܗܠܝܢ✓ ܕܐܝܕܟ 28
ܘܪܥܝܢܟ ܩܕܡ ܐܬܚܡ ܠܡܗܘܐ܂ ܐܦ ܗܫܐ ܡܪܝܐ܂ ܚܙܝ ܥܠ 29
ܓܘܙܡܝܗܘܢ܂ ܘܗܒ ܠܥܒܕܝܟ ܕܢܡܠܠܘܢ ܒܟܠܗ
ܦܪܗܣܝܐ ܡܠܬܟ܂ ܟܕ ܠܐܣܝܘܬܐ ܦܫܛ ܐܢܬ 30

ad eos principes sacerdotum et seniores dixerant. Ipsi autem quum 24
audivissent, simul sustulerunt vocem suam ad Deum, et dixerunt ;
Domine, tu es Deus qui fecisti cœlum et terram, et mare, et omnia
quæ in iis *sunt* ; Qui per os Davidis patris nostri, servi tui, per Spi- 25
ritum Sanctum dixisti ; Quare fremuerunt gentes, et populi medi-
tati sunt inania ? Astiterunt reges terræ, et principes congregati sunt 26
simul adversus Dominum, et adversus Christum ejus. Congregati 27
sunt enim in veritate in urbe hac adversus sanctum Filium tuum
Jesum, quem unxisti, et Herodes, et Pontius Pilatus, cum gentibus
et populo Israelis, Ad faciendum omnia ÷quæ✓ manus et voluntas 28
tua præfinivit fieri. Et nunc, Domine, respice in minas eorum, et 29
da servis tuis, ut cum omni libertate loquantur sermonem tuum,
Manum tuam extendens ad sanationem, et ad signa, et ad prodigia, 30

ܠܐܣܝܘܬܐ ܘܠܚܝܠܘܬܐ ܘܠܬܕܡܪ̈ܬܐ ܠܡܗܘܐ ¹ܒܝܕ ܫܡܐ ܩܕܝܫܐ ²ܕܒܪܟ
31 ܕܝܠܟ ܝܫܘܥ. ܘܟܕ ܐܬܟܫܦܘ: ܐܬܬܙܝܥ ܕܘܟܬܐ ܗܝ ܕܒܗ̇
ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܕܟܢܝܫܝܢ. ܘܐܬܡܠܝܘ ܟܠܗܘܢ ܡܢ ܪܘܚܐ
ܩܕܝܫܐ: ܘܡܡܠܠܝܢ ܗܘܘ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ ܥܡ ܦܪܪܗܣܝܐ ⁘
32 ܕܟܢܫܐ ܕܝܢ ܕܗܢܘܢ ܕܗܝܡܢܘ: ܐܝܬܝܗ̇ ܗܘܐ ܠܒܐ ÷ ܚܕ ↙
ܘܢܦܫܐ ܚܕܐ. ܘܠܐ ܐܢܫ ܐܡܪ ܗܘܐ ܠܡܕܡ ܡܢ ܗܠܝܢ
ܕܐܝܬ ܗܘܝ ܠܗ: ܕܕܝܠܗ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܐܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘ̈ܝ
33 ܠܗܘܢ ܟܠܗܝܢ ܓܘܢܝ̈ܬܐ ⁘ ܘܒܚܝܠܐ ܪܒܐ ܝܗܒܝܢ ܗܘܘ
ܣܗܕܘܬܐ ܫܠܝ̈ܚܐ ܕܩܝܡܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ. ܘܛܝܒܘܬܐ
34 ܪܒܬܐ ܐܝܬ ܗܘܬ ܥܠ ܟܠܗܘܢ. ܐܦܠܐ ܓܝܪ ܐܢܫ ܕܚܣܝܪ ܐܝܬ
ܗܘܐ ܒܝܢܬܗܘܢ. ܗܢܘܢ ܓܝܪ *ܕܩܢܝ̈ܢܐ ܕܩܘܪ̈ܝܐ ܐܘ ܕܒܬ̈ܐ * κτητορες
ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ: ܟܕ ܡܙܒܢܝܢ ܦܪܥܝܢ ܗܘܘ ܛܝ̈ܡܝܐ ܕܙܒܢܝܢ

31 ut fiant † per nomen sanctum Filii tui Jesu. Et quum orassent,
commotus est locus in quo erant congregati : et impleti sunt om-
nes Spiritu Sancto, et loquebantur sermonem Dei cum libertate.
32 Multitudinis autem eorum qui crediderant erat cor ÷unum↙ et ani-
ma una : et non quisquam dicebat aliquid eorum quæ habebat suum
33 esse, sed erant iis omnia communia. Et virtute magna reddebant
testimonium Apostoli resurrectionis Domini Jesu : et gratia magna
34 erat in omnes eos. Neque enim quisquam egens erat inter eos :
quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes

1 ܒܝܕ ܫܡܐ] In margine MSti ܐܝܬ ܢܘܣ̈ܚܐ ܕܠܐ ܐܝܬ ܒܗܘܢ ܫܡܐ ⁘

2 ܕܒܪܟ] ܛܠܝܐ. παιδα.

† per nomen] Lectio Marg. Sunt Exemplaria, in quibus non est "nomen."

* παρα

35 ܕܡܙܕ̈ܒܢܝܢ܂ ܘܤܝܡܝܢ ܗܘܘ *ܠܘܬ ܪ̈ܓܠܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ܂ ܘܡܬܦܠܓܐ
ܗܘܐ ܕܝܢ ܠܟܠܚܕ܂ ܐܝܟ ܡܕܡ ܕܐܢ ܠܐܢܫ ܤܘܢܩܢܐ ܐܝܬ ܗܘܐ
36 ܠܗ܀ ܐܝܘܤܤ ܕܝܢ ܗܘ ܕܐܬܟܢܝ ܒܪܢܒܐ ܡܢ ܫܠܝ̈ܚܐ܂ ܗܘ
ܕܐܝܬܘܗܝ ܕܡܬܦܫܩ ܒܪ ܒܘܝܐܐ܃ ܠܘܝܐ܃ ܩܘܦܪܝܐ
37 ܒܓܢܤܐ܃ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܐܓܘܪܐ܂ ܟܕ ܙܒܢܗ ܐܝܬܝ
ܛܝܡܐ܂ ܘܤܡ ܠܘܬ ܪ̈ܓܠܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ܂

CAP. V. 1 ܓܒܪܐ ܕܝܢ ܐܢܫ ܕܫܡܗ ܚܢܢܝܐ܃ ܥܡ ܫܦܝܪܐ ܐܢܬܬܗ
2 ܕܝܠܗ܂ ܙܒܢ ܗܘܐ ܩܪܝܬܐ܂ ܘܓܢܒ ܡܢ ܛܝܡܗ܂ ܟܕ ܝܕܥܐ
ܗܘܬ ܒܗܕܐ ܐܦ ܐܢܬܬܗ܂ ܘܟܕ ܐܝܬܝ ܡܢܬܐ ܡܕܡ܂ ܠܘܬ
3 ܪ̈ܓܠܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ ܤܡ܂ ܐܡܪ ܕܝܢ ܦܛܪܘܤ #ܠܘܬܗ√܂ ܚܢܢܝܐ܂
ܡܛܠ ܡܢܐ ܡܠܐ ܤܛܢܐ ܠܠܒܐ ܕܝܠܟ܂ ܕܬܕܓܠ ܒܪܘܚܐ
4 ܩܕܝܫܐ܂ ܘܬܓܢܒ ܡܢ ܛܝܡܗ ܕܩܪܝܬܐ܂ ܠܐ ܗܘ ܟܕ ܦܫܬ
ܠܟ ܦܫܐ ܗܘܬ܃ ܘܟܕ ܐܙܕܒܢܬ܃ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܝܠܟ ܐܝܬܝܗ

afferebant pretia eorum quæ vendita fuerant ; Et ponebant ad pedes 35
Apoſtolorum : dabatur autem ſingulis prout cuique opus erat. Jo- 36
ſes autem qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis, quod eſt in-
terpretatum, Filius conſolationis, Levites, Cyprius genere, Habens 37
agrum, quum vendidiſſet eum attulit pretium, et poſuit ad pedes
Apoſtolorum.

CAP. V. Vir autem quidam, cujus nomen Ananias, cum Saphira uxore 1
ſua, vendebat agrum ; Et fraudavit de pretio, conſentiente etiam 2
uxore ſua ; et afferens partem quandam, ad pedes Apoſtolorum
poſuit. Dixit autem Petrus # ad eum √, Anania, propter quid 3
implevit Satanas cor tuum, ut mentireris in Spiritum Sanctum,
et fraudares de pretio agri ? Nonne ſi manſerit tibi manebat, et 4
quum venditus eſſet, in poteſtate tua erat ? Quare poſuiſti in corde

ܗܘܳܬ݀ ܆ ܡܛܽܠ ܡܳܢܳܐ ܣܡܬ ܒܠܒܟ ܕܬܥܒܕ ܣܘܥܪܢܐ ܗܢܐ. ܠܐ
5 ܟܕܒܬ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ. ܐܠܐ ܠܐܠܗܐ܀ ܟܕ ܫܡܥ ܗܘܐ ܕܝܢ
ܚܢܢܝܐ ܠܡ̈ܠܐ ܗܠܝܢ܆ ܟܕ ܢܦܠ ܡܝܬ. ܘܗܘܬ ܕܚܠܬܐ ܪܒܬܐ
6 ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܥܝܢ ܗܘܘ ܠܗܠܝܢ. ܟܕ ܩܡܘ ܕܝܢ
7 ܥܠܝ̈ܡܐ ܢܟܫܘܗܝ. ܘܟܕ ܐܦܩܘܗܝ ܩܒܪܘܗܝ܀ ܟܕ ܗܘܐ ܗܘܐ ܕܝܢ
ܡܫܘܚܬܐ ܐܝܟ ܕܫܥ̈ܐ ܬܠܬ܆ ܐܦ ܐܢܬܬܐ ܕܝܠܗ ܟܕ ܠܐ ܝܕܥܐ ܗܘܬ
8 ܠܗ̇ܘ ܕܗܘܐ ܗܘܐ ܥܠܬ. ܥܢܐ ܕܝܢ ※ܠܘܬܗ↙ ܦܛܪܘܣ. ܐܡܪܝ
ܠܝ܆ ܐܢ ܒܐܝܟܢܐ ܗܕܐ ÷ܛܝܡܐ↙ ܙܒܢܬܘܢ ܩܪܝܬܐ܀ ܗܝ ܕܝܢ
9 ܐܡܪܬ. ܐܝܢ ܒܐܝܟܢܐ ܗܕܐ܀ ܗܘ ܕܝܢ ܦܛܪܘܣ ܐܡܪ ܠܘܬܗ.
ܡܛܠ ܡܢܐ ܐܫܬܘܝܬ ܠܟܘܢ܆ ܠܡܢܣܝܘ ܠܪܘܚܐ ܕܡܪܝܐ. ܗܐ
ܪ̈ܓܠܝܗܘܢ ܕܗܢܘܢ ܕܩܒܪܘ ܠܓܒܪܟܝ ܥܠ ܬܪܥܐ܆
10 ܘܢܦܩܘܢܟܝ. ˈܢܦܠܬ ܕܝܢ ܡܚܕܐ ܠܘܬ ܪ̈ܓܠܐ ܕܫܠܝܚܐ

5 tuo rem hanc ? non es mentitus hominibus, ſed Deo. Quum au-
diret autem Ananias ſermones hos, cadens mortuus eſt. Et factus
6 eſt timor magnus ſuper omnes qui audiebant hæc. Surgentes autem
juvenes collegerunt eum, et quum eduxiſſent ſepelierunt eum.
7 Quum factum eſſet autem ſpatium quaſi horarum trium, etiam ux-
8 or ejus, neſciens quid factum eſſet, ingreſſa eſt. Reſpondit autem
※ei↙ Petrus, Dic mihi, ſi tanto ÷pretio↙ vendidiſtis agrum ? Ipſa
9 autem dixit, Etiam, tanto. Petrus autem Dixit ad eam, Quare
convenit vobis tentare Spiritum Domini ? ecce pedes eorum qui ſe-
10 pelierunt virum tuum, ad oſtium, et efferent te. † Cecidit autem

1 [ܢܦܠܬ ܕܝܢ ܡܚܕܐ ܠܘܬ ܪ̈ܓܠܐ ܕܫܠܝܚܐ] In margine MSti (ܢܦܠܬ ܕܝܢ ܡܚܕܐ ܠܘܬ ܪ̈ܓܠܐ) ܕܝܠܗ

† Cecidit autem ſtatim ad pedes Apoſtoli] Lectio Marg. (Cecidit autem ſtatim ad pedes) Ejus.

ܘܡܝܬܬ܀ ܟܕ ܥܠܘ ܕܝܢ ܥܠܝܡܐ܆ ܐܫܟܚܘܗ̇ ܡܝܬܬܐ. ܘܟܕ
11 ܐܦܩܘܗ̇ ܩܒܪܘܗ̇ ܠܘܬ ܓܒܪܐ ܕܝܠܗ̇. ܘܗܘܬ ܕܚܠܬܐ ܪܒܬܐ
ܥܠ ܟܠܗ̇ ܥܕܬܐ܆ ܘܥܠ ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܥܝܢ ܗܘܘ
12 ܠܗܠܝܢ܀ ܒܐܝ̈ܕܝܐ ܕܝܢ ܕܫܠܝ̈ܚܐ܆ ܗ̈ܘܝܢ ܗ̈ܘܝ ܐܬ̈ܘܬܐ
ܘܬܕܡܪ̈ܬܐ ܒܥܡܐ ܣܓܝ̈ܐܬܐ. ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܐܟܚܕܐ ܟܠܗܘܢ
13 ܒܐܣܛܘܐ ܕܫܠܝܡܘܢ. ܘܡܢ ܗܠܝܢ ܕܫܪܟܐ܆ ܠܐ ܐܢܫ ܡܡܪܚ
ܗܘܐ ܠܡܬܢܩܦܘ ܠܗܘܢ. ܐܠܐ ܡܪܘܪܒ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܥܡܐ.
14 ܝܬܝܪܐܝܬ ܕܝܢ ܡܬܬܘܣܦܝܢ ܗܘܘ ܟܕ ܡܗܝܡܢܝܢ ܗܘܘ
15 ܠܡܪܝܐ܆ ܣܘܓܐܐ ܕܓܒܪ̈ܐ ܘܕܢܫ̈ܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܒܫܘ̈ܩܐ ܦܠܛ̈ܝܐ
ܢܦܩܘܢ ܗܘܘ ܠܟܪ̈ܝܗܐ ܘܢܣܝܡܘܢ ܐܢܘܢ ܒܥܪ̈ܣܬܐ܆
ܘܒܥܪ̈ܣܬܐ܆ ܐܝܟܢܐ ܕܟܕ ܐܬܐ ܦܛܪܘܣ܆ ܐܦܢ ܛܠܠܗ
16 ܢܛܠܠ ܥܠ ܐܢܫ ܡܢܗܘܢ. ܡܬܟܢܫܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܦ ܣܘܓܐܐ
ܕܡܕ̈ܝܢܬܐ ܕܚܕ̈ܪܝ ܐܘܪܫܠܡ. ܟܕ ܡܝܬܝܢ ܗܘܘ ܟܪ̈ܝܗܐ

ſtatim ad pedes Apoſtoli, et mortua eſt. Quum ingreſſi eſſent au-
tem juvenes, invenerunt eam mortuam, et efferentes ſepelierunt
eam juxta virum ſuum. Et factus eſt timor magnus ſuper totam 11
eccleſiam, et ſuper omnes qui audiebant hæc. Per autem manus 12
Apoſtolorum fiebant ſigna et miracula in populo multa : et erant
ſimul omnes in porticu Solomonis. Et de reliquis nemo audebat 13
adhærere illis : ſed magnificabat eos populus. Magis autem adjicie- 14
bantur credentes Domino, multitudo virorum et mulierum : Ita ut 15
in plateas efferrent infirmos, et ponerent eos in lectis et in grabbatis,
ut quum veniret Petrus, ſaltem umbra ejus obumbraret aliquem ex
illis. Conveniebant autem et multitudo civitatum quæ circa Hi- 16

[ܘ]ܕܡܬܐܢܣܝܢ ܡܢ ܪ̈ܘܚܐ ܛܢ̈ܦܬܐ: ܗܢܘܢ ܐܝܠܝܢ
ܕܡܬܐܣܝܢ ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܀
17 ܟܕ ܩܡ ܕܝܢ ܪܒ ܟܗܢ̈ܐ ܘܟܠܗܘܢ ܕܥܡܗ: ܗܝ ܕܐܝܬܝܗ
18 ܗܘܬ ܐܪܣܝܣ ܕܙܕܘ̈ܩܝܐ. ܐܬܡܠܝܘ ܛܢܢܐ. ܘܐܪܡܝܘ ܐܝ̈ܕܝܗܘܢ
ܥܠܝܗܘܢ ܕܫܠܝ̈ܚܐ. ܘܣܡܘ ܐܢܘܢ ܒܒܝܬ ܢܛܘܪܬܐ *ܕܕܝܡܘܣܝܐ. * δημοσια
19 ܡܠܐܟܐ ܕܝܢ ܕܡܪܝܐ ܒܠܠܝܐ: ܦܬܚ ܠܬܪ̈ܥܐ ܕܒܝܬ
20 ܢܛܘܪܬܐ: ܘܟܕ ܐܦܩ ܐܢܘܢ ܐܡܪ. ܐܙܠܘ. ܘܟܕ ܩܝܡܝܢ ܐܢܬܘܢ
21 ܡܠܠܘ ܒܗܝܟܠܐ ܠܥܡܐ: ܟܠܗܝܢ ܡ̈ܠܐ ܗܠܝܢ ܕܚ̈ܝܐ. ܟܕ
ܫܡܥܘ ܕܝܢ ܥܠܘ ܩܕܡ ܨܦܪܐ ܠܗܝܟܠܐ: ܘܡܠܦܝܢ
ܗܘܘ. ܟܕ ܐܬܐ ܕܝܢ ܪܒ ܟܗܢ̈ܐ ܘܗܠܝܢ ܕܥܡܗ: ܩܪܘ
ܠܟܢܘܫܐ ܘܠܟܠܗ ܩܫܝܫܘܬܐ ܕܒܢ̈ܝܐ ܕܐܝܣܪܐܝܠ. ܘܫܕܪܘ
22 ܠܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ ܕܢܬܐܬܘܢ. ܡܫܡܫܢ̈ܐ ܕܝܢ ܟܕ ܐܬܘ: ※ܦܬܚܘ
ܠܒܝܬ ܢܛܘܪܬܐ↙: ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ ܐܢܘܢ ܒܒܝܬ ܢܛܘܪܬܐ: ܟܕ

erosolymam, afferentes infirmos [*et*] vexatos a spiritibus impuris :
qui sanabantur omnes.
17 Surgens autem princeps sacerdotum et omnes qui cum eo, (quæ
18 erat hæresis Sadducæorum,) impleti sunt invidia : Et injecerunt ma-
nus suas in Apostolos, et posuerunt eos in domo custodiæ publicæ.
19 Angelus autem Domini per noctem aperuit januas domus custodiæ,
20 et quum eduxisset eos, dixit, Ite, et stantes loquimini in templo po-
21 pulo omnia verba hæc vitæ. Quum audivissent autem, ingressi sunt
ante diluculum in templum, et docebant. Quum venisset autem
princeps sacerdotum, et qui cum eo, convocaverunt concilium et
omnem senatum filiorum Israel : et miserunt ad carcerem, ut ad-
22 ducerentur. Ministri autem quum venissent, ※aperuerunt domum
custodiæ↙ et non invenerunt eos in domo custodiæ : reversi autem

23 ܗܦܟܘ ܕܝܢ܆ ܘܐܡܪܘ ܟܕ ܐܡܪܝܢ܆ ܕܒܝܬ ܐܣܝ̈ܪܐ ܐܫܟܚܢ
ܕܐܚܝܕ ܒܟܠܗ ܙܗܝܪܘܬܐ. ܘܐܦ ܠܢܛܘܪ̈ܐ ܕܩܝܡܝܢ ܩܕܡ ܬܪ̈ܥܐ.
24 ܟܕ ܦܬܚܢ ܕܝܢ܆ ܠܓܘ ܘܠܐ ܐܢܫ ܐܫܟܚܢ. ܟܕ ܕܝܢ ܫܡܥܘ
ܠܡ̈ܠܐ ܗܠܝܢ܆ ܗܘ ܟܘܡܪܐ ܘܗܘ ܐܣܛܪܛܓܐ ܕܗܝܟܠܐ ܘܪ̈ܒܝ
ܟܗ̈ܢܐ܆ ܡܬܦܠܓܝܢ ܗܘܘ ܡܛܠܬܗܘܢ ܕܡܢܐ ܬܗܘܐ ܗܕܐ.
25 ܟܕ ܐܬܐ ܕܝܢ ܐܢܫ ܘܐܘܕܥ ܐܢܘܢ܆ ܕܗܐ ܓܒܪ̈ܐ ܗܢܘܢ ܕܚܒܫܬܘܢ
ܒܒܝܬ ܢܛܘܪܬܐ܆ ܐܝܬܝܗܘܢ ܒܗܝܟܠܐ ܟܕ ܩܝܡܝܢ ܘܡܠܦܝܢ
26 ܠܥܡܐ܀ ܗܝܕܝܢ ܟܕ ܐܙܠ ܐܣܛܪܛܓܐ ܥܡ ܡܫܡܫ̈ܢܐ܆ ܐܝܬܝ
ܐܢܘܢ ܠܘ ܥܡ ܩܛܝܪܐ. ܕܚܠܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ ܡܢ ܥܡܐ ܕܠܐ
27 ܢܪܓܡܘܢ. ܟܕ ܕܝܢ ܐܝܬܝܘ ܐܢܘܢ. ܐܩܝܡܘ ÷ܐܢܘܢ✓
28 ܒܟܢܘܫܬܐ܆ ܘܫܐܠ ܐܢܘܢ ܪܫ ܟܗ̈ܢܐ. ܟܕ ܐܡܪ܆ ܠܘ
ܦܘܩܕܢܐ ܦܩܕܢܟܘܢ܆ ܕܠܐ ܬܠܦܘܢ ܒܫܡܐ ܗܢܐ܆ ܘܗܐ
ܡܠܝܬܘܢ ܠܐܘܪܫܠܡ ܡܢ ܝܘܠܦܢܟܘܢ܆ ܘܨܒܝܢ

nunciaverunt, Dicentes, Carcerem invenimus clausum in omni secu- 23
ritate, et etiam custodes stantes ante januas : aperientes autem, in-
tus neminem invenimus. Quum autem audivissent sermones hos 24
pontifex et præfectus templi, et principes sacerdotum, hæsitabant de
illis, quidnam esset hoc. Adveniens autem quidam nunciavit iis, 25
Ecce viri quos posuistis in domo custodiæ, sunt in templo stantes,
et docentes populum. Tunc abiens præfectus cum ministris ad- 26
duxit eos, non cum vi ; timebant enim populum, ne lapidarentur.
Quum autem adduxissent eos, statuerunt ÷eos✓ in concilio : et in- 27
terrogavit eos princeps sacerdotum, Dicens, Nonne præcipiendo præ- 28
cepimus vobis, ut non doceretis in nomine hoc ? et ecce replestis Hi-
erosolymam doctrina vestra, et vultis inducere super nos sanguinem

29 ܨܒܝܬܘܢ ܠܡܝܬܝܘ ܥܠܝܢ ܕܡܗ ܕܒܪܢܫܐ ܗܢܐ ܀ ܟܕ ܥܢܐ ܕܝܢ
ܦܛܪܘܣ ܘܫܠܝ̈ܚܐ ܐܡܪܘ. ܠܡܬܛܦܝܣܘ ܙܕܩ ܠܐܠܗܐ
30 ܝܬܝܪܐܝܬ ܐܘ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ. ܐܠܗܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܕܝܠܢ ܐܩܝܡ
ܠܝܫܘܥ. ܠܗܘ ܕܐܢܬܘܢ ܩܛܠܬܘܢ. ܟܕ ܬܠܝܬܘܢܝܗܝ ܥܠ
31 ܩܝܣܐ. ܠܗܢܐ ܐܠܗܐ ܪܫܐ ܘܦܪܘܩܐ ܐܪܝܡ ܒܝܡܝܢܐ ܕܝܠܗ ܀
32 ܠܡܬܠ ܬܝܒܘܬܐ ܠܐܝܣܪܝܠ ܘܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ. ܘܚܢܢ
ܐܝܬܝܢ ܣܗ̈ܕܐ ܕܡ̈ܠܐ ܕܝܠܗ ܗܠܝܢ ܀ ܘܪܘܚܐ ܕܝܢ ܩܘܕܫܐ ܀ ܗܘ
33 ܕܝܗܒ ܐܠܗܐ ܠܗܘܢ ܕܡܬܛܦܝܣܝܢ ܠܗ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܟܕ
ܫܡܥܘ ※ ܠܡ̈ܠܐ ܗܠܝܢ ↙ ܡܬܚܪܩܝܢ ܗܘܘ ܘܡܬܚܫܒܝܢ
34 ܗܘܘ ܠܡܩܛܠܘ ܐܢܘܢ. ܩܡ ܕܝܢ ܒܟܢܘܫܬܐ ܐܢܫ ܦܪܝܫܐ
ܕܫܡܗ ܓܡܠܝܐܝܠ : ܡܠܦܢ ܢܡܘܣܐ : ܘܡܝܩܪܐ ܠܟܠܗ
35 ܥܡܐ ܀ ܦܩܕ ܠܡܥܒܕ ܠܫܠܝ̈ܚܐ ܩܠܝܠ ܠܒܪ. ܐܡܪ ܕܝܢ
ܠܘܬܗܘܢ. ܓܒ̈ܪܐ ܐܝܣܪܝܠܝ̈ܐ ܀ ܚܙܘ ܠܟܘܢ ܒܟܘܢ ܡܛܠ
36 ܐܢܫܐ ܗܠܝܢ ܀ ܡܢܐ ܥܬܝܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܥܒܕ. ܩܕܡ ܓܝܪ

29 hominis hujus. Refpondens autem Petrus et Apoftoli, dixerunt,
30 Obedire oportet Deo potius quam hominibus. Deus patrum noftro-
rum fufcitavit Jefum, quem vos interfeciftis, fufpendentes ÷eum↙
31 in ligno: Hunc Deus principem et fervatorem exaltavit dextera
32 fua, dare refipifcentiam Ifraeli, et remiffionem peccatorum. Et nos
fumus teftes fermonum ejus horum, et Spiritus autem Sanctus, quem
33 dedit Deus illis qui obediunt ei. Ipfi autem quum audiviffent
34 ※fermones hos↙ frendebant, et cogitabant interficere eos. Surgens
autem in concilio quidam Pharifæus, cujus nomen Gamaliel, doctor
legis, et honoratus omni populo, juffit facere Apoftolos paulifper fo-
35 ras. Dixit autem ad eos, Viri Ifraelitæ, attendite vobis ipfis de ho-
36 minibus iftis, quid futuri eftis facere. Ante enim hos dies furrexe-

[illegible]
[illegible]
[illegible]
37 [illegible]
[illegible]
[illegible]
38 [illegible]
[illegible]
39 [illegible]
[illegible]
[illegible]
40 [illegible]

rat Theudas, dicens ſeipſum eſſe aliquid, et inclinaverunt ad eum
numerus virorum circiter quadringentorum : qui interfectus eſt, et
omnes qui aſſenſi ſunt ei, diſperſi ſunt, et facti ſunt ad nihilum.
Poſt hunc ſurrexit Judas Galilæus, diebus deſcriptionis, et avertit 37
populum multum poſt ſe : et ipſe periit, et omnes qui aſſenſi ſunt
ei, diſperſi ſunt. Et nunc dico vobis, abſiſtite ab hominibus iſtis, et 38
ſinite eos ; quia ſi ex hominibus ſit cogitatio hæc, aut opus hoc, diſ-
ſolvetur : Si autem ex Deo ſit, non poteſtis diſſolvere eos, ※neque 39
vos, neque reges, neque tyranni ; abſiſtite ergo ab hominibus his,✓
ne forte pugnantes Deo inveniamini. Aſſenſi ſunt ei autem : et 40

1 ܐܬܛܦܪܘ] In margine MSti ܐܬܒܕܪܘ .
2 ܘܐܪܝܢܘ] ܘܢܗܘ ܀ ܗ̄ ܐܝܟ ܐܚܪܢܐ ܀

ܘܟܕ ܩܪܘ ܐܢܘܢ ܠܫܠܝܚܐ ܠܘܬܗܘܢ: ܘܟܕ ܡܚܝܘ ܐܢܘܢ.
ܦܩܕܘ ܐܢܘܢ ܕܠܐ ܢܡܠܠܘܢ ܒܫܡܗ ܕܝܫܘܥ ܘܫܪܘ ܐܢܘܢ.
41 ܗܢܘܢ ܡܢ ܗܟܝܠ ܫܠܝܚܐ ܐܙܠܝܢ[1] ܗܘܘ ܟܕ ܚܕܝܢ ܡܢ ܦܪܨܘܦܐ
ܕܟܢܘܫܬܐ. ܡܛܠ ܕܚܠܦ ܫܡܗ ܕܡܪܝܐ ܝܫܘܥ ܐܫܬܘܝܘ
42 ܠܡܨܛܥܪܘ. ܘܟܠܗ ܝܘܡܐ ܒܗܝܟܠܐ ܘܒܒܝܬܐ: ܠܐ ܫܠܝܢ
ܗܘܘ ܕܡܠܦܝܢ ܘܡܣܒܪܝܢ ܠܡܫܝܚܐ ܝܫܘܥ.
1 ܒܗܘܢ ܕܝܢ ܒܝܘܡܬܐ ܗܠܝܢ ܟܕ ܣܓܝܝܢ ܗܘܘ ܬܠܡܝܕܐ: CAP. VI.
ܗܘܐ ܪܛܢܐ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܘܬ ܥܒܪܝܐ: ܡܛܠ ܕܡܬܒܣܝܢ
2 ܗܘܝ ܒܬܫܡܫܬܐ ܕܟܠ ܝܘܡ ܐܪܡܠܬܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܟܕ ܩܪܘ
ܕܝܢ ܬܪܥܣܪ ܠܟܢܫܐ ܕܬܠܡܝܕܐ ܐܡܪܘ. ܠܐ ܫܦܝܪܐ
ܐܝܬܝܗ̇. ܕܟܕ ܫܒܩܝܢ ܚܢܢ ܠܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܠܡܫܡܫܘ
3 ܠܦܬܘܪܐ. ܚܒܝܒܘ ܗܟܝܠ ܐܚܝ: ܓܒܪܐ ܡܢܟܘܢ
ܕܡܣܗܕܝܢ ܫܒܥܐ: ܡܠܝܢ ܡܢ ܪܘܚܐ ܕܚܟܡܬܐ: ܠܗܘܢ

quum vocaſſent ipſos Apoſtolos ad ſe, et cæcidiſſent eos, præcepe-
41 runt iis, ne loquerentur in nomine Jeſu : et dimiſerunt eos. Ipſi
quidem igitur Apoſtoli ibant gaudentes a conſpectu concilii, quo-
niam pro nomine Domini Jeſu digni habiti eſſent ignominia affici.
42 Et totum diem in templo, et in domo, non ceſſabant docentes, et
evangelizantes Chriſtum Jeſum.
1 In diebus autem illis, quum multiplicarentur diſcipuli, factum eſt CAP. VI.
murmur a Græcis adverſus Hebræos, quod deſpicerentur in miniſte-
2 rio quotidiano viduæ eorum. Quum vocaſſent autem duodecim ad
ſe congregationem diſcipulorum, dixerunt, Non æquum eſt, derelin-
3 quentes nos ſermonem Dei, miniſtrare menſis. Curate igitur, fra-
tres, viros ex vobis teſtimonio probatos ſeptem, plenos ſpiritu Sapi-

[1] ܐܙܠܝܢ In margine MSti ܢܦܩܝܢ

4 ܕܡ̈ܗܝܡܢܝܢ ܥܠ ܣܢܝܩܘܬܐ ܗܕܐ. ܚܢܢ ܕܝܢ܆ ܒܨܠܘܬܐ
5 ܘܒܬܫܡܫܬܐ ܕܡܠܬܐ ¹ܢܬܡܣܟܢ. ܘܫܦܪܬ ܗܝ ܡܠܬܐ ܩܕܡ
ܟܠܗ ܟܢܫܐ܀ ܘܓܒܘ *ܠܐܣܛܦܢܘܣ. ܓܒܪܐ ܕܡܠܐ
ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܘܡܢ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ. *ܘܠܦܝܠܝܦܦܘܣ.
*ܘܠܦܪܘܟܘܪܘܣ *ܘܠܢܝܩܐܢܘܪ *ܘܠܛܝܡܘܢ.
6 *ܘܠܦܪܡܝܢܘܢ *ܘܠܢܝܩܘܠܐܘܣ ܓܝܘܪܐ ܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܠܗܠܝܢ
ܐܩܝܡܘ ܩܕܡ ܫܠܝ̈ܚܐ. ܘܟܕ ܨܠܝܘ ܣܡܘ ܥܠܝܗܘܢ ܐܝ̈ܕܝܐ܀
7 ܘܡܠܬܗ ܕܡܪܝܐ ܪܒܝܐ ܗܘܬ. ܘܣܓܝ ܗܘܐ ܡܢܝܢܐ ܕܬܠܡ̈ܝܕܐ
ܒܐܘܪܫܠܡ ܛܒ. ܘܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ ܡܢ ܟܗ̈ܢܐ ²ܡܫܬܡܥ
8 ܗܘܐ ܠܗܝܡܢܘܬܐ_ ܐܣܛܦܢܘܣ ܕܝܢ ܟܕ ܡܠܐ ܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ
ܘܚܝܠܐ. ܥܒܕ ܗܘܐ ܐܬܘܬܐ ܘܬܕܡܪܬܐ ܪܘܪܒܬܐ ܒܥܡܐ. #ܒܫܡ
9 ܫܡܗ ܕܡܪܝܐ⸌. ܩܡܘ ܗܘܘ ܕܝܢ ܐ̈ܢܫܝܢ ܡܢ ܟܢܘܫܬܐ ܗܝ

* ϛεφανος
* φιλιππος
* προχωρος
* νικαρινον
* τιμων
* παρμηνον
* νικολαος

entiæ, eos qui credunt, ſuper uſu hoc. Nos autem in oratione et 4
miniſterio ſermonis † perſeverabimus. Et placuit hic ſermo coram 5
omni multitudine : et elegerunt Stephanum, virum plenum fide et
Spiritu Sancto, et Philippum, et Prochorum, et Nicarinum, et Ti-
monem, et Parmenam, et Nicolaum proſelytum Antiochenum :
Quos ſtatuerunt coram Apoſtolis : et quum oraſſent, poſuerunt ſu- 6
per eos manus. Et ſermo Domini creſcebat, et multiplicabatur nu- 7
merus diſcipulorum Hieroſolymæ valde : et turba multa ex ſacerdo-
tibus ‡ obediebat fidei. Stephanus autem plenus fide et virtute, fa- 8
ciebat ſigna et prodigia magna in populo #per nomen Domini ✓.
Surrexerunt autem quidam e Synagoga quæ dicitur Libertinorum, 9

1 ܢܬܡܣܟܢ] In margine MSti ܢܬܡܣܟܢܢ
2 ܡܫܬܡܥ ܗܘܐ ܠܗܝܡܢܘܬܐ] (ܡܫܬܡܥ ܗܘܐ ܠܗܝܡܢܘܬܐ) ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ
† perſeverabimus] Lectio Marg. Perſeveramus.
‡ obediebat fidei] (obediebat fidei) Evangelii.

ܕܡܬܩܪܝܐ ܕܠܝܒܪ̈ܛܝܢܘ : ܘܕܩܘܪ̈ܝܢܝܐ ܘܕܐܠܟܣܢܕܪ̈ܝܐ :
ܘܕܗܢܘܢ ܕܡܢ ܩܝܠܝܩܝܐ ܘܐܣܝܐ . ܘܒܥܝܢ ܗܘܘ ܥܡ ܣܛܦܢܘܣ .
10 ܘܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܗܘܘ ܠܡܩܡ ܠܘܩܒܠ ܚܟܡܬܐ ܘܪܘܚܐ ¹ܕܡܡܠܠ
11 ܗܘܐ ܒܗ ܀ ܗܝܕܝܢ *ܐܫܕܪܘ ܓܒܪ̈ܐ ܕܢܐܡܪܘܢ . ܕܫܡܥܢܝܗܝ * ὑπέβαλον
12 ܕܡܡܠܠ ܡ̈ܠܐ ܕܓܘܕܦܐ . ܒܡܘܫܐ ܘܒܐܠܗܐ . ܘܐܙܝܥܘ
ܐܦ ܠܥܡܐ ܘܠܩܫܝ̈ܫܐ ܘܠܣܦܪ̈ܐ . ܘܟܕ ܩܡܘ ܥܠܘܗܝ .
13 ܚܛܦܘܗܝ ܘܐܝܬܝ÷ܘܗܝ↙ ܠܟܢܘܫܬܐ . ܘܐܩܝܡܘ ܣܗ̈ܕܐ ܕܓ̈ܠܐ
ܕܐܡܪܝܢ : ܒܪܢܫܐ ܗܢܐ ܠܐ ܫܠܐ ܠܡܡܠܠܘ ܡ̈ܠܐ ܠܘܩܒܠ
14 ܐܬܪܐ ܗܢܐ ܩܕܝܫܐ : ÷ܘܠܘܩܒܠ↙ ܢܡܘܣܐ . ܫܡܥܢܝܗܝ
ܓܝܪ ܟܕ ܐܡܪ : ܕܝܫܘܥ ܗܘ ܢܨܪܝܐ ܢܫܪܐ ܠܐܬܪܐ ܗܢܐ :

et Cyrenæorum, et Alexandrinorum, et eorum qui *erant* ex Cilicia
10 et Aſia, et diſputabant cum Stephano. Et non poterant reſiſtere
11 ſapientiæ et ſpiritui † quo loquebatur. Tunc ſubjecerunt viros di-
centes, Quod audivimus eum loquentem ſermones blaſphemiæ in
12 Moſen et in Deum. Et commoverunt populum, et ſeniores, et
ſcribas; et quum ſurrexiſſent in eum, corripuerunt eum, et addux-
13 erunt ÷ eum↙ in concilium. Et ſtatuerunt teſtes falſos, dicentes,
Homo hic non ceſſat loqui ſermones adverſus locum hunc ſanctum,
14 et ÷ contra↙ legem. Audivimus eum enim dicentem, Quod Jeſus
ille Nazaræus diſſolvet locum hunc, et mutabit ritus quos tradidit

1 ܕܡܡܠܠ ܗܘܐ ܒܗ] In margine MSti (ܕܡܡܠܠ ܗܘܐ ܒܗ ܀) ܡܛܠ ܕܡܬܟܣܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ ܒܟܠ ܦܪܗܣܝܐ ܀ ܟܕ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܗܘܘ ܗܟܝܠ ܕܢܚܘܪܘܢ ܠܘܩܒܠ ܫܪܪܐ ܀

† quo loquebatur] Lectio Marg. (quo loquebatur): Quoniam arguerentur ab eo cum omni libertate. Quum non poſſent igitur intueri contra veritatem, (Tunc—

15 ܘܡܫܚܠܦ ܠܥܝ̈ܕܐ ܗܢܘܢ ܕܐܫܠܡ ܠܢ ܡܘܫܐ܀ ܘܟܕ ܚܪܘ ܒܗ
ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܝܬܒܝܢ ܗܘܘ ܒܟܢܘܫܬܐ : ܚܙܘܗ ܠܦܪܨܘܦܗ
ܕܗܘܐ ܐܝܟ ܦܪܨܘܦܐ ܕܡܠܐܟܐ܀

CAP. VII. 1 ܐܡܪ ܕܝܢ ܪܝܫ ܟܗ̈ܢܐ . ܠܝ ܐܢ ܗܠܝܢ ܗܟܢܐ ܐܝܬ ܠܗܝܢ܀
2 ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ. ܓܒܪ̈ܐ ܐܚ̈ܐ ܘܐܒܗ̈ܬܐ ܫܡܥܘ. ܐܠܗܐ
ܕܫܘܒܚܐ ܐܬܚܙܝ ܠܐܒܐ ܕܝܠܢ ܐܒܪܗܡ : ܟܕ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
3 ܒܡܨܥܬ ܢܗܪ̈ܘܬܐ ܩܕܡ ܕܢܥܡܪ ܒܚܪܢ : ܘܐܡܪ ܠܘܬܗ. ܦܘܩ
ܡܢ ܐܪܥܟ ܘܡܢ ܐܚܝܢܘܬܐ ܓܢܣܐ ܕܝܠܟ܂ ܘܬܐ ܠܐܪܥܐ ܠܗܝ
4 ܕܐܚܘܐ ܠܟ܀ ܗܝܕܝܢ ܟܕ ܢܦܩ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܟܠܕܝ̈ܐ ܥܡܪ ܒܚܪܢ.
ܘܡܢ ܬܡܢ ܒܬܪ ܕܡܝܬ ܐܒܘܗܝ܂ ܫܢܝܗ ܠܐܪܥܐ ܗܕܐ܂
ܒܗ ܕܐܢܬܘܢ ܗܫܐ ܥܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ܂ ※ܘܐܒܗ̈ܬܐ ܕܝܠܟܘܢ ܕܡܢ
5 ܩܕܡܝܟܘܢ↙. ܘܠܐ ܝܗܒ ܠܗ ܝܪܬܘܬܐ ܒܗ܂ ܐܦܠܐ ܦܣܥܬܐ
ܕܪܓܠܐ. ܘܐܫܬܘܕܝ ܗܘܐ ܕܢܬܠܝܗ ܠܗ. ܐܝܟ ܕܢܐܪܬܝܗ ܘܠܙܪܥܐ

15 nobis Moses. Et quum intuiti essent in eum omnes qui sedebant in
concilio, viderunt faciem ejus tanquam faciem angeli.

CAP. VII. 1 Dixit autem princeps Sacerdotum, Si igitur hæc ita habent?
2 Ipse autem dixit, Viri fratres et patres, audite : Deus gloriæ visus
est patri nostro Abrahamo, quum esset in Mesopotamia, priusquam
3 habitaret in Charran : Et dixit ad eum, Exi de terra tua, et de cog-
4 natione tua, et veni in terram quam ostendam tibi. Tunc quum
egressus esset de terra Chaldæorum, habitavit in Charran : et illinc,
postquam mortuus esset pater ejus, transtulit eum in terram hanc, in
5 qua vos nunc habitatis ※et patres vestri *qui* ante vos↙. Et non
dedit ei hæreditatem in ea, ne vestigium pedis : et pollicitus est,
quod daturus esset eam ipsi, ut possideret eam, et semini ejus post

6 ܕܢܬܠܗ̇ ܡܢ ܒܬܪܗ܆ ܟܕ ܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܒܪܐ. ܡܠܠ ܕܝܢ
ܗܟܢܐ ܐܠܗܐ܆ ܕܢܗܘܐ ܙܪܥܗ ܬܘܬܒܐ ܒܐܪܥܐ ܢܘܟܪܝܬܐ܆
7 ܘܢܫܥܒܕܘܢܗ ܘܢܒܐܫܘܢ ⸗ܠܗ✓ ܐܪܒܥܡܐ ܫܢܝܢ. ܘܠܥܡܐ
ܗܘ ܕܐܢ ܢܦܠܚܘܢ ܒܥܒܕܘܬܐ ܐܕܘܢ ܐܢܐ ܐܡܪ ܐܠܗܐ. ܘܒܬܪ
8 ܗܠܝܢ ܢܦܩܘܢ ܘܢܦܠܚܘܢ ܠܝ ܒܐܬܪܐ ܗܢܐ. ܘܝܗܒ ܠܗ
ܕܝܬܩܐ ܕܓܙܘܪܬܐ܆ ܘܗܟܢܐ ܐܘܠܕ ܠܐܝܣܚܩ. ܘܓܙܪܗ ܒܝܘܡܐ
ܬܡܝܢܝܐ܆ ܘܐܝܣܚܩ ܠܝܥܩܘܒ܆ ܘܝܥܩܘܒ ܠܬܪܥܣܪ ܪ̈ܝܫ
9 ܐܒܗ̈ܬܐ. ܘܪ̈ܝܫ ܐܒܗ̈ܬܐ ܚܣܡܘ ܒܝܘܣܦ ܘܙܒܢܘܗܝ
10 ܠܡܨܪܝܢ. ܘܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܐܠܗܐ ܥܡܗ܆ ܘܦܪܩܗ ܡܢ
ܟܠܗܘܢ ܐܘܠܨܢ̈ܘܗܝ. ܘܝܗܒ ܠܗ ܛܝܒܘܬܐ ܘܚܟܡܬܐ
ܩܕܡ #ܦܪܥܘܢ✓ ܡܠܟܐ ܕܡܨܪܝܢ܆ ܘܐܩܝܡܗ ܡܕܒܪܢܐ ܥܠ
11 ܡܨܪܝܢ ܘܥܠ ܟܠܗ ܒܝܬܗ ܕܝܠܗ. ܐܬܐ ܕܝܢ ܟܦܢܐ ܥܠ ܟܠܗ̇
ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ ܘܕܟܢܥܢ ܘܐܘܠܨܢܐ ܪܒܐ܆ ܘܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܗܘܘ

6 eam, quum non eſſet ei filius. Loquutus eſt autem ita Deus,
Quia erit ſemen ejus inquilinum in terra aliena, et ſervituti ſubji-
7 cient illud, et male afficient ⸗ ipſum ✓ quadringentis annis. Et gen-
tem, cui ſervient ſervitutem, judicabo ego, dixit Deus: et poſt hæc
8 exibunt, et ſervient mihi in loco hoc. Et dedit ei fœdus circumciſio-
nis: et ita genuit Iſaacum, et circumcidit eum die octavo: et Iſaacus
9 Jacobum, et Jacobus duodecim patriarchas. Et patriarchæ invidentes
10 Joſepho, vendiderunt eum in Ægyptum: et erat Deus cum eo. Et
eripuit eum ex omnibus afflictionibus ejus, et dedit ei gratiam et ſa-
pientiam coram #Pharaone✓ rege Ægypti: et conſtituit eum præfec-
11 tum ſuper Ægyptum, et ſuper totam domum ſuam. Venit autem
fames in totam terram Ægypti et Canaan, et afflictio magna: et non

12 [illegible]
13 [illegible]
[illegible]
14 [illegible]
[illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
[illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

inveniebant cibos patres noſtri. [1]Quum audiviſſet autem Jacobus, 12
quod eſſent alimenta in Ægypto, miſit patres noſtros primum. Et in 13
ſecundo cognitus eſt Joſephus fratribus ſuis, et manifeſtum factum
eſt Pharaoni genus Joſephi. Mittens autem Joſephus accerſivit pa- 14
trem ſuum Jacobum, et omnem cognationem ſuam: in ſeptuaginta
et quinque animabus Deſcendit Jacobus in Ægyptum: et mor- 15
tuus eſt ipſe, et patres noſtri. Et tranſlati ſunt in Sichem, et poſiti 16
ſunt in ſepulchro quod emerat Abrahamus pretio argenti a filiis
Emoris qui ex Sichem. Quum autem appropinquaret tempus pro- 17
miſſionis, † quam juraverat Deus Abrahamo, crevit populus, et
multiplicatus eſt in Ægypto. Donec ſurrexit ‡ rex alius, qui non 18
noverat Joſephum. Hic circumveniens genus noſtrum, male affecit 19

1 [illegible]] In margine MSti [illegible]
2 [illegible]] [illegible]
† quam juraverat] Lectio Marg. (quam) Pollicitus erat.
‡ rex alius (rex alius) In Ægypto.

ܕܝܠܢ ܀ ܐܒܐܫ ܠܐܒܗܬܢ ܀ ܠܡܥܒܕ ܡܫܕܝܢܐ *ܠܥܘܠܠܐ * τους βρεφους
20 ܕܝܠܗܘܢ. ܐܝܟ ܕܠܐ ܢܚܘܢ ܀ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܐܬܝܠܕ ܡܘܫܐ ܀
ܘܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ [1]ܪܚܝܡܐ ܠܐܠܗܐ. ܗܘ ܕܐܬܪܒܝ ܝܪܚܐ ܬܠܬܐ
21 ܒܒܝܬܐ ܕܐܒܘܗܝ. ܟܕ ܕܝܢ ܐܫܬܕܝ ※ܒܢܗܪܐ ↙ ܀ ܢܣܒܬܗ
22 ܒܪܬܗ ܕܦܪܥܘܢ ܘܪܒܬܗ ÷ܠܗ ↙ ܠܗ ܠܒܪܐ. ܘܐܬܪܕܝ ܡܘܫܐ
ܒܟܠܗ ܚܟܡܬܐ ܕܡܨܪܝܐ. ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ [ܕܝܢ] ܚܝܠܬܢܐ ܒܡܠܐ
23 ܘܒܥܒܕܐ ܀ ܟܕ ܕܝܢ ܡܬܡܠܐ ܗܘܐ ܠܗ ܙܒܢܐ ܕܐܪܒܥܝܢ
ܫܢܝܢ. ܣܠܩܬ ܥܠ ܠܒܗ ܕܢܣܥܘܪ ܠܐܚܐ ܕܝܠܗ ܀
24 ܠܒܢܝܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܠܐܢܫ ※ܡܢ ܓܢܣܐ ܡܬܥܫܩܢܐ ܕܝܠܗ ↙
ܕܡܬܛܠܡ ܀ ܥܕܪܗ ܘܥܒܕ ܬܒܥܬܐ ܠܗܘ ܕܡܬܛܠܡ
25 ܗܘܐ ܀ ܟܕ ܡܚܝܗ ܠܡܨܪܝܐ ܀ ܣܒܪ ܗܘܐ ܕܝܢ ܕܡܣܬܟܠܝܢ
[2]ܐܚܐ ܕܝܠܗ : ܕܐܠܗܐ ܒܝܕ ܐܝܕܗ ܝܗܒ ܗܘܐ ܠܗܘܢ

patres nostros, ad faciendum expositos infantes suos, ne viverent.
20 In quo tempore natus est Moses, et erat dilectus Deo; qui nutritus
21 fuit menses tres in domo patris sui. Quum autem abjectus esset
※ in flumen ↙, eduxit eum filia Pharaonis, et nutrivit ÷ eum ↙ sibi
22 in filium. Et eruditus est Moses in omni sapientia Ægyptiorum:
23 erat [*autem*] potens in sermonibus et in factis. Quum autem impleretur ei tempus quadraginta annorum, subiit in cor ejus invisere
24 fratres suos filios Israelis. Et quum vidisset quendam ※ ex genere
suo ↙ injuria affectum, succurrit ei, et fecit ultionem illi qui inju-
25 riam sustinebat, percutiens Ægyptium. Existimabat autem intelli-
gere † fratres suos, quoniam Deus per manum ipsius daret iis salu-

1 ܪܚܝܡܐ ܠܐܠܗܐ] In margine MSti ܦܪܝܫܐ . ܢܨܝܚܐ . ܙܗܝܐ . ܕܫܦܝܪ αστειος

2 ܐܚܐ ܕܝܠܗ] (ܐܚܐ ܕܝܠܗ) ܒܢܝܐ ܕܐܝܣܪܝܠ

† fratres suos] Lectio Marg. (fratres suos) Filios Israelis.

26 ܦܘܪܩܢܐ܂ ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܠܐ ܐܣܬܟܠܘ܀ ܘܠܝܘܡܐ ܕܒܬܪܗ
ܐܬܚܙܝ ܠܗܘܢ ܟܕ ܢܨܝܢ܂ ܘܡܦܝܣ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܘܬ ܫܝܢܐ
ܟܕ ܐܡܪ܂ ܓܒܪ̈ܐ ܐܚ̈ܐ ܐܢܬܘܢ܂ ܡܛܠ ܡܢܐ ܡܥܘܠܝܢ
27 ܐܢܬܘܢ ܚܕ̈ܕܐ܂ ܗܘ ܕܝܢ ܕܡܥܘܠ ܗܘܐ ܒܚܒܪܗ܂ ܕܚܝܗܝ
28 ܟܕ ܐܡܪ܃ ܡܢܘ ܐܩܝܡܟ ܪܝܫܐ ܘܕܝܢܐ ܥܠܝܢ܂ ܠܡܐ
ܠܡܩܛܠܢܝ ܐܢܬ ܨܒܐ ܐܢܬ܃ ܐܝܟܢܐ ܕܩܛܠܬ ܠܗܘ
29 ܡܨܪܝܐ ܐܬܡܠܝ܂ ܥܪܩ ܕܝܢ ܡܘܫܐ ܒܡܠܬܐ ܗܕܐ܂ ܘܗܘܐ ܬܘܬܒܐ
30 ܒܐܪܥܐ ¹ܕܡܕܝܢ܂ ܐܝܟܐ ܕܐܘܠܕ ܒܢ̈ܝܐ ܬܪܝܢ܂ ܘܟܕ ܐܬܡܠܝ̈
ܫܢ̈ܝܐ ܐܪܒܥܝܢ܂ ܐܬܚܙܝ ܠܗ ܒܡܕܒܪܐ ܕܛܘܪܐ ܕܣܝܢܝ܂
31 ܡܠܐܟܗ ܕܡܪܝܐ ܒܫܠܗܒܝܬܐ ܕܢܘܪܐ ܕܣܢܝܐ܂ ܗܘ ܕܝܢ ܡܘܫܐ
ܟܕ ܚܙܐ ܐܬܕܡܪ ܒܚܙܘܐ܂ ܘܟܕ ܡܬܩܪܒ ܗܘܐ ܕܢܬܒܩܐ܂
32 ܗܘܐ ܩܠܐ ܕܡܪܝܐ܂ ܐܢܐ ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܕܝܠܟ܂ ܐܠܗܗ

tem; ipſi autem non intellexerunt. Et die ſequenti viſus eſt iis 26
contendentibus, et ducebat eos ad pacem, dicens, Viri, fratres eſtis
vos, cur injuria afficitis alii alios? Is autem qui injuria afficiebat 27
proximum ſuum, repulit eum, dicens, Quis te conſtituit principem
et judicem ſuper nos? Num interficere me tu vis, quemadmodum 28
interfeciſti Ægyptium heri? Effugit autem Moſes ob ſermonem 29
hunc, et factus eſt advena in terra Midiam: ubi genuit filios duos.
Et quum impleti eſſent anni quadraginta, viſus eſt ei in deſerto 30
montis Sinai angelus Domini in flamma ignis rubi. Moſes autem 31
quum vidiſſet, admiratus eſt viſionem: quum accederet autem ut
conſideraret, facta eſt vox Domini; Ego ſum Deus patrum tuo- 32
rum, Deus Abrahami, et Iſaaci, et Jacobi. Quum in tremore

1 ܕܡܕܝܢ] In margine MSti ܐܘܡܬܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܚܒܪ ܥܪ̈ܒܝܐ ܐܦܪܝ

ܕܐܒܪܗܡ ܘܕܐܝܣܚܩ ܘܕܝܥܩܘܒ. ܡܢ ܪܬܝܬܐ ܕܝܢ ܗܘܐ ܡܘܫܐ܂
33 ܠܐ ܡܡܪܚ ܗܘܐ ܠܡܣܬܟܠܘ. ܐܡܪ ܕܝܢ ܠܗ ܡܪܝܐ. ܫܪܝ
ܣܐܘܢܟ ܡܢ ̈ܪܓܠܝܟ. ܗܘ ܓܝܪ ܕܒܗ ܩܐܡ ܐܢܬ ܐܬܪܐ܂
34 ܐܪܥܐ ܩܕܝܫܬܐ ܐܝܬܝܗ. ܡܚܙܐ ܚܙܝܬ ܠܫܘܥܒܕܗ ܕܥܡܐ
ܕܝܠܝ ܗܘ ܕܒܡܨܪܝܢ܂ ܘܠܬܢܚܬܗ ܕܝܠܗܘܢ ܫܡܥܬ܂ ܘܢܚܬܬ
35 ܠܡܦܨܘ ܐܢܘܢ. ܘܗܫܐ ܬܐ ܐܫܕܪܟ ܠܡܨܪܝܢ. ܠܗܢܐ ܡܘܫܐ:
ܗܘ ܕܟܦܪܘ ܒܗ ܐܡܪܝܢ. ܕܡܢܘ ܐܩܝܡܟ ܪܝܫܐ ܘܕܝܢܐ
※ܥܠܝܢ܂ ܠܗܢܐ ܐܠܗܐ ܪܝܫܐ ܘܦܪܘܩܐ ܫܕܪ. ܒܐܝܕܐ
36 ܕܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܐܬܚܙܝ ܠܗ ܒܣܢܝܐ. ܗܢܐ ܐܦܩ ܐܢܘܢ܂ ܟܕ
ܥܒܕ ܐܬܘܬܐ ܘܬܕܡܪ̈ܬܐ ܒܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ܂ ܘܒܝܡܐ ܕܣܘܦ.
37 ܘܒܡܕܒܪܐ ܫ̈ܢܝܐ ܐܪܒܥܝܢ. ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܡܘܫܐ܂ ܗܘ ܕܐܡܪ
ܠܒ̈ܢܝܐ ܕܐܝܣܪܝܠ܂ ܕܢܒܝܐ ܠܟܘܢ ܢܩܝܡ ܡܪܝܐ ܡܢ ܐ̈ܚܝܟܘܢ
38 ¹ܐܟܘܬܝ܂ ܠܗ ܬܫܡܥܘܢ ܀ ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܕܗܘܐ ܒܥܕܬܐ

33 autem eſſet Moſes non audebat conſiderare. Dixit autem ei Do-
minus; Solve calceamentum tuum ex pedibus tuis: locus enim in
34 quo ſtas terra ſancta eſt. Videndo vidi afflictionem populi mei qui
eſt in Ægypto, et gemitum eorum audivi, et deſcendi liberare eos:
35 et nunc veni, mittam te in Ægyptum. Hunc Moſen quem nega-
verunt, dicentes; Quis te conſtituit principem et judicem ※ ſuper
nos ✓? hunc Deus et principem et liberatorem miſit cum manu
36 Angeli qui viſus fuerat ei in rubo. Hic eduxit eos, faciens ſigna et
prodigia in terra Ægypti, et in mari rubro, et in deſerto, annis
37 quadraginta. Hic eſt Moſes qui dixit filiis Iſraelis; Prophetam
vobis ſuſcitabit Dominus ex fratribus veſtris, ſicut me: ipſum au-
38 dietis. Hic eſt ille qui fuit in eccleſia in deſerto, cum angelo qui

1 ܐܟܘܬܝ] In margine MSti ܐܝܟ ܠܝ

ܒܡܕܒܪܐ܇ ܥܡ ܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܡܗ ܒܛܘܪܐ
ܕܣܝܢܝ ܘܥܡ ܐܒܗ̈ܬܢ ܕܝܠܢ܇ ܗܘ ܕܩܒܠ ܡ̈ܠܐ ܚ̈ܝܬܐ ܠܡܬܠ
39 ܠܢ܇ ܠܗܘ ܕܠܐ ܨܒܘ ܕܡܫܬܡܥܢܐ ܢܗܘܘܢ ܐܒܗ̈ܬܢ ܕܝܠܢ܇
40 ܐܠܐ ܐܫܒܩܘܗܝ ܘܗܦܟܘ ܒܠܒܗܘܢ ܠܡܨܪܝܢ܇ ܟܕ ܐܡܪܝܢ
ܠܐܗܪܘܢ܇ ܥܒܕ ܠܢ ܐܠܗ̈ܐ ܕܐܙܠܘܢ ܩܕܡܝܢ܇ ܗܘ ܓܝܪ
ܡܘܫܐ ܗܢܐ ܗܘ ܕܐܦܩܢ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ܇ ܠܐ ܝܕܥܝܢܢ
41 ܡܢܐ ܗܘܐ ܠܗ܂ ܘܥܒܕܘ ܥܓܠܐ ܒܝܘܡܬܐ ܗܢܘܢ ܘܐܣܩܘ
ܕܒܚܬܐ ܠܦܬܟܪܐ܇ ܘܡܬܦܨܚܝܢ ܗܘܘ ܒܥܒ̈ܕܐ ܕܐܝ̈ܕܝ
42 ܗܘܢ܂ ܗܦܟ ܕܝܢ ܐܠܗܐ ܘܐܫܠܡ ܐܢܘܢ܇ ܠܡܦܠܚܘ
ܠܚܝܠܘܬܐ ܕܫܡܝܐ܇ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܒܟܬܒܐ ܕܢܒܝ̈ܐ܇ ܕܠܡܐ
ܢܟܣ̈ܬܐ ܘܕܒ̈ܚܐ ܩܪܒܬܘܢ ܠܝ ܫܢ̈ܝܢ ܐܪܒܥܝܢ ܒܡܕܒܪܐ
43 ܒܝܬܐ ܕܐܝܣܪܝܠ܂ ܘܫܩܠܬܘܢ ܠܡܫܟܢܗ ܕܡܠܟܘܡ܇
ܘܠܟܘܟܒܐ ܕܐܠܗܐ ܕܝܠܟܘܢ *ܪܐܦܢ܇ ܠܨܠܡ̈ܐ ܗܠܝܢ

* ρεφαν

loquebatur ei in monte Sinai, et cum patribus nostris: qui accepit
sermones vivos, dare nobis. Cui noluerunt obedientes esse patres 39
nostri, sed recesserunt ab eo, et reversi sunt corde suo in Ægyp-
tum. Dicentes Aaroni, Fac nobis Deos qui præeant nobis: Moses 40
enim hic qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid factum sit
ei. Et fecerunt vitulum in diebus illis, et obtulerunt sacrificium 41
idolo, et oblectabant sese in operibus manuum suarum. Convertit 42
autem Deus, et tradidit eos ad colendum exercitum cœli; sicut
scriptum est in libro prophetarum; Num victimas et sacrificia ob-
tulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israelis? Et baju- 43
lastis tabernaculum Molcum, et sidus dei vestri Rephan, figuras
quas fecistis adorare eas: Et transferam vos ultra Babylonem, dicit

ܕܥܒܕܬܘܢ ܠܡܣܓܕ ܠܗܘܢ. ܐܦ ܐܫܢܝܟܘܢ ܠܗܠ ܡܢ
ܒܒܠ. ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܐܚܝܕ ܟܠ ※ ܫܡܐ ܠܗ ↙ ⁘
44 ܡܫܟܢܐ ܕܣܗܕܘܬܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܐܒܗ̈ܬܐ ܕܝܠܢ ܒܡܕܒܪܐ: ܐܝܟܢܐ
ܕܦܩܕ ܗܘ ܕܡܡܠܠ ܗܘܐ ܠܡܘܫܐ. ܠܡܥܒܕܗ ܐܝܟ ܛܘܦܣܐ ܗܘ
45 ܕܚܙܐ. ܠܗܘ ܕܐܦ ܐܥܠܘ ܐܒܗ̈ܬܐ ܕܝܠܢ ܟܕ ܩܒܠܘ ܒܚܘܠܦܐ
ܥܡ ܝܫܘܥ ܒܐܘܚܕܢܐ ܕܥܡ̈ܡܐ. ܗܢܘܢ ܕܕܚܩ ܐܠܗܐ ܡܢ
46 ܩܕܡ ܦܪ̈ܨܘܦܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܕܝܠܢ: ܥܕܡܐ ܠܝܘ̈ܡܬܗ ܕܕܘܝܕ. ܗܘ
ܕܐܫܟܚ ܛܝܒܘܬܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ: ܘܫܐܠ ܠܡܫܟܚܘ ܡܫܟܢܐ
47 ܠܐܠܗܐ ܕܝܥܩܘܒ ⁘ ܫܠܝܡܘܢ ܕܝܢ ܒܢܐ ܠܗ ܒܝܬܐ.
48 ܐܠܐ ܡܪܝܡܐ ܠܐ ܒܥܒ̈ܕܝܢ ܕܐܝ̈ܕܝܐ ܥܡܪ. ܐܝܟܢܐ ܕܢܒܝܐ ܐܡܪ.
49 ܫܡܝܐ ܠܝ ܟܘܪܣܝܐ: ܐܪܥܐ ܕܝܢ ܟܘܒܫܐ ܕܪ̈ܓܠܝ ܬܚܝܬ.
ܐܝܢܘ ܒܝܬܐ ܕܬܒܢܘܢ ܠܝ ܐܡܪ ܡܪܝܐ: ܐܘ ܐܝܢܐ ܗܘ ܕܘܟܬܐ
50 ܕܢܝܚܬܐ ܕܝܠܝ. ܠܐ ܐܝܕܐ ܕܝܠܝ ܥܒܕܬ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ.

44 Dominus, Deus omnipotens † ※ nomen ei ↙. Tabernaculum testimonii erat in patribus nostris in deserto, sicut mandaverat is qui loquutus est Mosi, ut faceret illud secundum exemplar quod viderat.
45 Quod etiam introduxerunt patres nostri, quum accepissent, cum Jesu in possessionem gentium, quas expulit Deus a conspectu pa-
46 trum nostrorum, usque ad dies Davidis: Qui invenit gratiam coram
47 Deo, et petiit invenire tabernaculum Deo Jacobi. Solomon au-
48 tem ædificavit ei domum. Sed Excelsus non in manufactis habitat,
49 sicut propheta dicit: Cœlum mihi thronus, terra autem scabellum sub pedibus meis. Quam domum ædificabitis mihi? dicit Dominus:
50 aut quis est locus requietis meæ? Nonne manus mea fecit hæc omnia?

† *Vid. Not.*

51 ※ ܐܘ ܩܫܝ̈ ܩܕܠܐ ܘܠܐ ܓܙܝܪ̈ܝ ܒܠܒܘ̈ܬܐ ܘܒܐܕܢ̈ܐ. ܐܢܬܘܢ
ܐܬܚܪܝܬܘܢ ܠܥܠܡ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܢܩܒܠܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܐܝܟ ܐܒܗ̈ܬܐ
52 ܕܝܠܟܘܢ ܐܦ ܐܢܬܘܢ. ܠܐܝܢܐ ܡܢ ܢܒܝ̈ܐ ܠܐ ܪܕܦܘ ܐܒܗ̈ܬܐ
ܕܝܠܟܘܢ. ܘܩܛܠܘ ܠܗܘܢ ܕܩܕܡܘ ܐܟܪܙܘ ܥܠ ܡܐܬܝܬܗ
ܕܙܕܝܩܐ. ܕܗܘ ܕܗܫܐ ܐܢܬܘܢ ܡܫܠܡܢܐ ܘܩܛܘܠܐ ܗܘܝܬܘܢ.
53 ܗܢܘܢ ܐܝܢ ܕܢܣܒܬܘܢ ܢܡܘܣܐ ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܐܟܐ ܘܠܐ
ܢܛܪܬܘܢ ܀

54 ܟܕ ܫܡܥܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܗܠܝܢ. ܡܬܚܡܬܝܢ ܗܘܘ
55 ܒܠܒܘܬܗܘܢ. ܘܡܚܪܩܝܢ ܗܘܘ ܫܢ̈ܝܐ ܥܠܘܗܝ ܀ ܟܕ ܐܝܬܘܗܝ
ܗܘܐ ܕܝܢ ܡܠܝܐ ܡܢ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ. ܟܕ ܚܪ ܒܫܡܝܐ: ܚܙܐ
ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܠܝܫܘܥ ܟܕ ܩܐܡ ܡܢ ܝܡܝܢܐ ܕܐܠܗܐ.
56 ܘܐܡܪ ܗܐ ܚܙܐ ܐܢܐ ܠܫܡܝܐ ܕܦܬܝܚܝܢ. ܘܠܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܟܕ
57 ܩܐܡ ܡܢ ܝܡܝܢܐ ܕܐܠܗܐ ܀ ܟܕ ܩܥܘ ܕܝܢ ܒܩܠܐ ܪܡܐ: ܣܟܪܘ
58 ܠܐܕܢ̈ܝܗܘܢ ܘܐܬܟܢܫܘ ܐܟܚܕܐ ܥܠܘܗܝ. ܘܟܕ ܐܦܩܘܗܝ ܠܒܪ

※ O ✓ duri cervice, et incircumcisi cordibus et auribus, vos sem- 51
per Spiritui Sancto resistitis: sicut patres vestri, etiam vos. Quem 52
prophetarum non persequuti sunt patres vestri? Et interfecerunt
eos qui prænunciaverunt de adventu Justi, cujus nunc vos prodi-
tores et interfectores fuistis: Qui accepistis legem in dispositione 53
Angelorum, et non observastis.

Audientes autem hæc, exarserunt cordibus suis, et stridebant 54
dentibus suis in eum. Quum esset autem plenus Spiritu Sancto, 55
intuitus in cœlum vidit gloriam Dei, et Jesum stantem a dextera
Dei. Et dixit, Ecce video cœlos apertos, et Filium hominis stan- 56
tem a dextera Dei. Exclamantes autem voce magna, continuerunt 57
aures suas, et impetum fecerunt unanimiter in eum. Et quum 58

ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܪܓܡܝܢ ܗܘܘ ※ܠܗ܀ ܘܣܗܕ̈ܐ ܣܡܘ ܡܐܢ̈ܐ
59 ܕܝܠܗܘܢ ܠܘܬ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܥܠܝܡܐ ܕܡܬܩܪܐ ܫܐܘܠ܂ ܘܪܓܡܝܢ
ܗܘܘ ܠܐܣܛܦܢܘܣ܂ ܟܕ ܩܪܐ ܘܐܡܪ܂ ܡܪܝܐ ܝܫܘܥ ܩܒܠ
60 ܠܪܘܚܝ ܕܝܠܝ܀ ܟܕ ܣܡ ܕܝܢ ܒܘܪ̈ܟܐ܂ ܩܥܐ ܒܩܠܐ ܪܒܐ܀
ܡܪܝܐ ܠܐ ܬܩܝܡ ܠܗܘܢ ܚܛܝܬܐ ܗܕܐ܀ ܘܟܕ ܗܕܐ ܐܡܪ
ܕܡܟ܀

1 ܫܐܘܠ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܕܫܠܡܗܘܢ ܪܥܐ ܗܘܐ ܒܩܛܠܗ CAP. VIII.
ܕܝܠܗ܀ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܝܘܡܐ ܗܘ ܪܕܘܦܝܐ ܪܒܐ ܥܠ ܥܕܬܐ ܗܝ
ܕܐܘܪܫܠܡ܂ ܟܠܗܘܢ ܕܝܢ ܐܬܒܕܪܘ ܒܦܢܝ̈ܬܐ ܕܝܗܘܕ ܘܕܫܡܪܝܢ܂
2 ܣܛܪ ܡܢ ܫܠܝ̈ܚܐ܂ ܟܢܫܘܗܝ ܕܝܢ ܠܐܣܛܦܢܘܣ ܓܒ̈ܪܐ
3 ܢܟܦ̈ܐ܂ ܘܥܒܕܘ ܐܪܩܘܕܬܐ ܪܒܬܐ ܥܠܘܗܝ܀ ܫܐܘܠ ܕܝܢ ܪܕܦ
ܗܘܐ ܠܥܕܬܐ܂ ܟܕ ܠܒ̈ܬܐ ܥܐܠ ܗܘܐ܂ ܘܟܕ ܡܓܪܓܪ

ejecissent ⁒ eum ↙ extra civitatem, lapidabant ※ eum ↙: et testes
posuerunt vestimenta sua ad pedes adolescentis qui vocabatur Sau-
59 lus. Et lapidabant Stephanum invocantem et dicentem, Domine
60 Jesu, suscipe spiritum meum. Quum posuisset autem genua, cla-
mavit voce magna, † Domine, ne statuas iis peccatum hoc. Et
quum hoc dixisset, obdormivit.

1 Saulus autem erat consentiens cædi ipsius. Erat autem die illo CAP. VIII.
persecutio magna adversus ecclesiam quæ *erat* Hierosolymæ: omnes
autem dispersi sunt per regiones Judææ et Samariæ, præter Apos-
2 tolos. Deduxerunt autem Stephanum viri religiosi, et fecerunt
3 planctum magnum super eo. Saulus autem persequebatur eccle-
siam, ‡ ecclesias intrans; et trahens viros et mulieres, tradebat in

1 ܡܪܝܐ] In margine MSti ܝܫܘܥ (ܡܪܝܐ)
† Domine] Lectio marg. (Domine) Jesu.
‡ *Vid. Not.*

* χαρα

domum custodiæ. Illi quidem igitur qui dispersi sunt, circuibant 4
evangelizantes sermonem.

Philippus autem descendens in urbem Samariæ, prædicabat iis 5
Christum. Attendebant autem turbæ iis quæ dicebantur a Phi- 6
lippo unanimiter, audientes et videntes signa quæ faciebat. Multi 7
enim ex illis qui habebant spiritus immundos, clamantes voce
magna, egrediebantur ※ ab iis ✓. Multi autem et paralytici et
claudi sanati sunt. Et factum est gaudium magnum in civitate 8
illa. Vir autem quidam, cujus nomen Simon, antea fuerat in civi- 9
tate magicam artem exercens, et obstupefaciens populum Samariæ,
et dicens se esse aliquem magnum: Cui attendebant omnes a mi- 10
nimo usque ad maximum eorum, dicentes, Hic est virtus Dei quæ

ܘܥܕܡܐ ܠܪܒܐ ܕܟܠܗܘܢ ܟܕ ܐܡܪܝܢ܆ ܕܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܚܝܠܐ
11 ܕܐܠܗܐ܆ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܪܒܐ. ܚܝܪܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܒܗ܆ ܡܛܠ
12 ܗܝ ܕܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ ܒܚܪ̈ܫܘܬܐ ܐܬܡܗ ܗܘܐ ܐܢܘܢ܀ ܟܕ ܕܝܢ
ܗܝܡܢܘ ܠܦܝܠܝܦܘܣ ܕܡܣܒܪ ܗܘܐ ܡܛܠ ܡܠܟܘܬܐ
ܕܐܠܗܐ܆ ܘܡܛܠ ܫܡܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ܆ ܥܡܕܝܢ ܗܘܘ
13 ܓܒܪ̈ܐ ܘܢܫ̈ܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܫܡܥܘܢ ܐܦ ܗܘ ܗܝܡܢ܆ ܘܟܕ ܥܡܕ
ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ * ܕܡܟܬܪ ܠܘܬܗ ܕܦܝܠܝܦܘܣ. ܘܟܕ ܚܙܐ *προσκαρτερῶν
14 ܗܘܐ ܚ̈ܝܠܐ ܘܐܬ̈ܘܬܐ #ܪ̈ܘܪܒܬܐ✓ ܕܗ̈ܘܝ ܗܘܝ ܬܗܝܪ ܗܘܐ܀ ܟܕ
ܫܡܥܘ ܕܝܢ ܫܠܝ̈ܚܐ ܕܒܐܘܪܫܠܡ܆ ܕܩܒܠܬ ܐܦ ܫܡܪܝܢ
ܠܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ܆ ܫܕܪܘ ܠܘܬܗܘܢ ܠܦܛܪܘܣ ܘܠܝܘܚܢܢ.
15 ܗܢܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܟܕ ܢܚܬܘ܆ ܨܠܝܘ ܡܛܠܬܗܘܢ ܐܝܟܢܐ ܕܢܣܒܘܢ
16 ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܥܕܟܝܠ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܕܢܦܠ ܘܠܐ ܥܠ
ܚܕ ܡܢܗܘܢ. ܡܥܡܕܝܢ ܕܝܢ ܒܠܚܘܕ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ܀
17 ܒܫܡܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ. ܗܝܕܝܢ ܣܝܡܝܢ ܗܘܘ ܐܝ̈ܕܝܐ ܥܠܝܗܘܢ܀

11 dicitur magna. Attendebant autem ei, quia tempore multo magiis
12 obſtupefecerat eos. Quum autem credidiſſent Philippo evangeli-
zanti de regno Dei, et de nomine Jeſu Chriſti, baptizabantur et
13 viri et mulieres. Simon autem et ipſe credidit: et baptizatus, erat
perdurans apud Philippum: et quum vidiſſet virtutes et ſigna
14 #magna✓ quæ facta fuerant, obſtupefiebat. Quum audiviſſent au-
tem Apoſtoli qui *erant* Hieroſolymæ, quod recepiſſet et Samaria ſer-
15 monem Dei, miſerunt ad eos Petrum et Johannem: Qui quum de-
ſcendiſſent, oraverunt pro iis, ut acciperent Spiritum Sanctum:
16 Nondum enim fuerat datus in quemquam ex illis; tantum autem
17 baptizati erant in nomen Domini Jeſu. Tunc imponebant manus

18 ܘܢܣܒܝܢ ܗܘܘ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ. ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܫܡܥܘܢ ܕܒܝܕ
ܣܝܡ ܐܝܕܝܐ ܕܫܠܝܚܐ ܡܬܝܗܒܐ ܗܘܬ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ: ܩܪܒ
19 ܠܗܘܢ *ܡܗ̈ܘܬܐ ܟܕ ܐܡܪ: ܗܒܘ ܐܦ ܠܝ ܫܘܠܛܢܐ ܗܢܐ: * χρήματα.
ܐܝܟܢܐ ܕܠܟܠ ܗܘ ܕܐܢ ܐܣܝܡ ܐܝܕܝܐ: ܢܗܘܐ ܢܣܒ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ.
20 ܦܛܪܘܣ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ. *ܟܣܦܐ ܕܝܠܟ ܥܡܟ ܢܗܘܐ * ἀργύριον.
ܥܡܟ ܠܐܒܕܢܐ. ܡܛܠ ܕܡܘܗܒܬܗ ܕܐܠܗܐ ܐܣܒܪܬ: ܕܒܡ
21 ܡ̈ܗܘܬܐ ܡܬܩܢܝܐ. ܠܝܬ ܠܟ ܡܢܬܐ ܐܦܠܐ ܦܣܐ ܒܡܠܬܐ
22 ܗܕܐ. ܠܒܟ ܓܝܪ ܕܝܠܟ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܬܪܝܨܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܬܘܒ
ܗܟܝܠ ܡܢ ܒܝܫܘܬܐ ܕܝܠܟ ܗܕܐ ܘܐܬܟܫܦ ܠܡܪܝܐ: ܐܢ ܐܝܬ
23 ܡܫܬܒܩܐ ܠܟ ܡܚܫܒܬܐ ܕܠܒܟ. ܒܡܪܪܬܐ ܓܝܪ ܕܡܪܝܪܘܬܐ
24 ܘܒܐܣܘܪܐ ܕܥܘܠܐ ܚܙܐ ܐܢܐ ܠܟ ܕܐܝܬܝܟ: ܥܢܐ ܕܝܢ ܫܡܥܘܢ
ܐܡܪ. ⁜ܡܬܒܥܐ ܐܢܐ: ܐܬܟܫܦܘ ܐܢܬܘܢ ܚܠܦܝ ¹ܠܘܬ ܐܠܗܐ:

ſuper illos, et accipiebant Spiritum Sanctum. Quum vidiſſet autem 18
Simon, quod per impoſitionem manuum Apoſtolorum daretur Spi-
ritus Sanctus, obtulit iis pecunias, Dicens; Date etiam mihi po- 19
teſtatem hanc, ut cuicunque impoſuero manus, accipiat Spiritum
Sanctum. Petrus autem dixit ad eum, Argentum tuum tecum ſit 20
in perditionem; quia donum Dei exiſtimaſti per pecunias acquiri.
Non eſt tibi pars neque ſors in ſermone hoc: cor enim tuum non 21
eſt rectum coram Deo. Reſipiſce igitur a malitia tua hac, et depre- 22
care Dominum, ſi forte remittatur tibi cogitatio cordis tui: In felle 23
enim amaritudinis, et in vinculo iniquitatis video te eſſe. Reſpon- 24
dens autem Simon dixit; ⁜Obſecro✓, deprecamini vos pro me † ad

1 ܠܘܬ ܐܠܗܐ] In margine MSti ܡܪܝܐ (ܠܘܬ)
† ad Deum] Lectio Marg. (ad) Dominum.

25 ܐܠܗܐ ܕܠܐ ܡܕܡ ܢܐܬܐ ܥܠܝ [1] ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܐܡܪܬܘܢ܀ ܗܢܘܢ
ܡܢ ܗܟܝܠ. ܟܕ ܣܗܕܘ ܘܡܠܠܘ ܡܠܬܗ ܕܡܪܝܐ ܗܦܟܘ
ܠܐܘܪܫܠܡ. ܟܕ ܠܩܘܪܝܐ ܣܓܝܐܐ ܕܫܡܪܝܐ ܣܒܪܘ ܗܘܘ܀
26 ܡܠܐܟܐ ܕܝܢ ܕܡܪܝܐ ܡܠܠ ܠܘܬ ܦܝܠܝܦܘܣ ܟܕ ܐܡܪ.
ܩܘܡ ܘܙܠ ܠܘܬ ܬܝܡܢܐ. ܠܘܬ ܐܘܪܚܐ ܗܝ ܕܢܚܬܐ ܡܢ
27 ܐܘܪܫܠܡ ܠܥܙܐ. ܗܕܐ ܐܝܬܝܗ ܡܕܒܪܝܬܐ. ܘܟܕ ܩܡ
ܐܙܠ. ܘܗܐ ܓܒܪܐ *ܟܘܫܝܐ ܐܘܢܘܟܐ. ܫܠܝܛܐ *ܕܩܢܕܩܝܣ *
ܗܝ ܡܠܟܬܐ ܕܟܘܫܝܐ. ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܥܠ ܟܠܗ ܓܙܐ
28 ܕܝܠܗ. ܗܘ ܕܐܬܐ ܗܘܐ ܠܡܣܓܕ ܒܐܘܪܫܠܡ. ܐܝܬܘܗܝ
ܗܘܐ ܕܝܢ ܕܗܦܟ ܕܐܙܠ. ܘܝܬܒ ܗܘܐ ܒܡܪܟܒܬܐ ܕܝܠܗ
29 ܘܩܪܐ ܗܘܐ ܢܒܝܐ ܐܫܥܝܐ܀ ܐܡܪ ܕܝܢ ܪܘܚܐ ܠܦܝܠܝܦܘܣ.

* αιθιοψ
* κανδακης

25 Deum; ut nihil veniat fuper me † ex his quæ dixiftis. Illi quidem
igitur, quum conteftati effent et loquuti effent fermonem Domini,
reverfi funt Hierofolymam, poftquam vicos multos Samaritanorum
evangelizaffent.
26 Angelus autem Domini loquutus eft ad Philippum, dicens;
Surge, et abi ad meridiem, ad viam quæ defcendit ab Hierofolyma
27 in Gazam: hæc eft deferta. Et furgens abiit: et ecce vir Æthiops,
eunuchus, potens Candaces reginæ Æthiopum, qui erat fuper om-
28 nem gazam ejus, qui venerat adorare Hierofolyma: Erat autem
revertens, et fedens in curru fuo, et legebat prophetam Efaiam.
29 Dixit autem Spiritus Philippo; Accede, et adjunge te currui ejus.

1 ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܐܡܪܬܘܢ] In margine MSti (ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܐܡܪܬܘܢ) ܟܕ ܒܟܝܐ ܣܓܝܐ ܗܘܐ ܘܠܐ ܫܠܐ ܗܘܐ܀

† ex his quæ dixiftis] Lectio Marg. (ex his quæ dixiftis): *et* Flens multum, non cef-fabat.

30 ܐܬܩܪܒ ܘܩܦ ܠܡܪܟܒܬܐ ܕܝܠܗ ⁘ ܟܕ ܪܗܛ ܕܝܢ ܦܝܠܝܦܘܣ.
ܫܡܥܗ ܕܩܪܐ ܒܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ. ܘܐܡܪ ⁚ ܐܪܐ ܝܕܥ ܐܢܬ ܗܠܝܢ
31 ܕܩܪܐ ܐܢܬ ⁘ ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ. ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܐܫܟܚ. ܐܢ ܠܐ ܐܢܫ
ܢܕܒܪܢܝ. ܘܒܥܐ ܠܦܝܠܝܦܘܣ ܕܢܣܩ ܘܢܬܒ ܥܡܗ.
32 ܦܣܩܐ ܕܝܢ ܕܟܬܒܐ ܗܘ ܕܩܪܐ ܗܘܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܗܢܐ ⁘ ܐܝܟ
ܥܪܒܐ ܠܢܟܣܬܐ ܐܬܕܒܪ. ܘܐܝܟ ܐܡܪܐ ܩܕܡ ܓܙܘܙܐ ܕܝܠܗ
33 *ܕܠܐ ܡܠܠ. ܗܟܢܐ ܠܐ ܦܬܚ ܦܘܡܗ ܒܡܘܟܟܗ. ܕܝܢܗ * αφωνος
ܐܬܬܪܝܡ. ܠܕܪܐ ܕܝܠܗ ܡܢܘ ܢܫܬܥܐ. ܡܛܠ ܕܡܫܬܩܠܝܢ
34 ܡܢ ܐܪܥܐ ܚܝܐ ܕܝܠܗ ⁘ ܟܕ ܥܢܐ ܕܝܢ ܗܘ ܡܗܝܡܢܐ
ܠܦܝܠܝܦܘܣ ܐܡܪ. ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟ. ܡܛܠ ܡܢܘ ܗܘ
ܢܒܝܐ ܐܡܪ ܗܘܐ. ܗܘ ܡܛܠܬܗ. ܐܘ ܡܛܠ ܐܚܪܢܐ ܐܢܫ ⁘
35 ܦܬܚ ܕܝܢ ܦܝܠܝܦܘܣ ܦܘܡܐ ܕܝܠܗ. ܘܟܕ ܫܪܝ ܡܢ
36 ܟܬܒܐ ܗܢܐ. ܣܒܪܗ ܥܠ ܝܫܘܥ. ܟܕ ܕܝܢ ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ ܒܐܘܪܚܐ.

Accurrens autem Philippus audivit eum legentem prophetam 30
Esaiam: et dixit; Num intelligis quæ legis? Ipse autem dixit; 31
Quomodo enim possum, nisi quis direxerit me? Et rogavit Philip-
pum, ut ascenderet et sederet secum. Sectio autem scripturæ quam 32
legebat, erat hæc: Tanquam ovis ad mactationem ductus est; et
sicut agnus coram tonsore suo mutus, ita non aperuit os suum
† in humilitate sua. Judicium ejus sublatum est: generationem ejus 33
quis enarrabit? quoniam tollitur a terra vita ejus. Respondens 34
autem eunuchus Philippo, dixit; Oro te, de quo propheta dixit
hoc? de seipso, aut de alio quopiam? Aperuit autem Philippus os 35
suum, et incipiens a scriptura hac, evangelizavit ei de Jesu. Quum 36
autem pergerent in via, venerunt ad aquam quandam: et dicit

† *Vid. Not.*

ܐܬܘ ܥܠ ܡܝ̈ܐ ܡܕܡ. ܘܐܡܪ ܗܘ ܐܘܢܘܟܐ. ܗܐ ܡܝ̈ܐ ܡܢܐ
37 ܟܠܐ ܠܝ ܠܡܥܡܕܘ܀ ⁕ܐܡܪ ܕܝܢ ܠܗ. ܐܢ ܡܗܝܡܢ ܐܢܬ
ܡܢ ܟܠܗ ܠܒܟ ܫܠܝܛ. ܟܕ ܥܢܐ ܕܝܢ ܐܡܪ. ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ
38 ܠܒܪܗ ܕܐܠܗܐ܆ ܕܐܝܬܘܗܝ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ܀ ܘܦܩܕ ܗܘܐ
ܕܬܩܘܡ ܡܪܟܒܬܐ. ܘܢܚܬܘ ܠܡܝ̈ܐ ܬܪܝܗܘܢ. ܘܦܝܠܝܦܘܣ
39 ܘܗܘ ܐܘܢܘܟܐ ܘܐܥܡܕܗ. ܟܕ ܕܝܢ ܣܠܩܘ ܡܢ ܡܝ̈ܐ܆ ¹ܪܘܚܐ
ܕܡܪܝܐ ⁕ ܢܦܠܬ ܥܠ ܗܘ ܐܘܢܘܟܐ. ܡܠܐܟܐ ܕܝܢ ܕܡܪܝܐ
²ܚܛܦܗ ܠܦܝܠܝܦܘܣ܆ ܘܠܐ ܚܙܝܗܝ ܘܠܐ ܬܘܒ ܗܘ ܐܘܢܘܟܐ.
40 ܐܙܠ ܗܘܐ ܓܝܪ ܒܐܘܪܚܐ ܕܝܠܗ ܟܕ ܚܕܐ. ܦܝܠܝܦܘܣ ܕܝܢ
³ܐܫܬܟܚ ܒܐܙܘܛܘܣ. ܘܟܕ ܡܥܒܪ ܗܘܐ܆ ܡܣܒܪ ܗܘܐ
ܠܡܕܝ̈ܢܬܐ ܟܠܗܝܢ܆ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܠܩܣܪܝܐ܀

37 eunuchus; Ecce aqua: quid prohibet me baptizari? ⁕ Dixit au-
tem ei, Si credis ex toto corde tuo, licet. Reſpondens autem dixit;
38 Credo filium Dei eſſe Jeſum Chriſtum ✓. Et juſſit, ut conſiſteret
currus: et deſcenderunt in aquam ambo, et Philippus et eunuchus:
39 et baptizavit eum. Quum autem aſcendiſſent ex aqua, † Spiritus
Domini ⁕ cecidit in eunuchum: angelus autem Domini ✓ ‡ rapuit
Philippum, et non vidit eum amplius eunuchus: pergebat enim in
40 via ſua gaudens. Philippus autem inventus eſt Azoti: et peragrans
evangelizabat civitates omnes, uſquedum veniret Cæſaream.

1 ܪܘܚܐ ܕܡܪܝܐ] In margine MSti (ܪܘܚܐ) ܩܕܝܫܐ

2 ܚܛܦܗ ܠܦܝܠܝܦܘܣ] (ܚܛܦܗ ܠܦܝܠܝܦܘܣ) ܡܢܗ

3 ܐܫܬܟܚ] ܐܬܚܙܝ

† Spiritus Domini] Lectio Marg. (Spiritus) Sanctus.

‡ rapuit Philippum] (rapuit Philippum) Ab eo.

CAP. IX. ܫܐܘܠ ܕܝܢ ܥܕ ܟܝܠ ܢܦܫ ܗܘܐ ܓܘܙܡܐ ܘܩܛܠܐ ܠܘܬ 1
ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܀ ܟܕ ܩܪܒ ܠܪܒ ܟܘܡܪܐ ܀ ܫܐܠ ܡܢܗ 2
ܐܓܪܬܐ ܠܕܪܡܣܘܩ ܠܘܬ ܟܢܘܫܬܐ ܀ ܕܐܢ ܐܝܢ ܐܢ ܠܐܢܫܝܢ
ܢܫܟܚ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܡܢ ܐܘܪܚܐ ܗܕܐ ܓܒܪܐ ܘܢܫܐ ܀ ܟܕ ܐܣܝܪܝܢ
ܢܝܬܐ ܠܐܘܪܫܠܡ ܀ ܟܕ ܕܝܢ ܐܙܠ ܗܘܐ ܀ ܗܘܬ ܠܗ ܠܡܬܩܪܒܘ 3
ܠܕܪܡܣܘܩ. ܘܡܢ ܫܠܝ ܐܙܠܓ ܥܠܘܗܝ ܢܘܗܪܐ ܡܢ ܫܡܝܐ.
ܘܟܕ ܢܦܠ ܥܠ ܐܪܥܐ ܀ ܫܡܥ ܩܠܐ ܕܐܡܪ ܠܗ. ܫܐܘܠ ܫܐܘܠ ܀ 4
ܡܢܐ ܠܝ ܪܕܦ ܐܢܬ ܀ ※ [1]ܩܫܐ ܗܘ ܠܟ ܠܡܒܥܛܘ ܠܡܥܘܩܣܐ ܀
ܐܡܪ ܕܝܢ. ܡܢܘ ܐܢܬ ܡܪܝ. ܗܘ ܕܝܢ ܡܪܝܐ ܐܡܪ. ܐܢܐ ܐܢܐ 5
ܝܫܘܥ ※ ܢܨܪܝܐ ✓ ܗܘ ܕܐܢܬ ܪܕܦ ܐܢܬ. ※ ܗܘ ܕܝܢ ܟܕ ܪܬܝܬ 6

CAP. IX. Saulus autem adhuc ſpirans minas et cædem adverſus diſcipulos 1
Domini, accedens ad principem ſacerdotum, Petiit ab eo epiſtolas 2
in Damaſcum ad Synagogas: ut ſi quos inveniſſet qui erant ex via
hac, et viros et mulieres, vinctos adduceret Hieroſolymam. Quum 3
autem proficiſceretur, factum eſt eum appropinquare Damaſco, et
repente fulſit ſuper eum lux de cœlo. Et quum cecidiſſet in ter- 4
ram, audivit vocem dicentem ſibi, Saule, Saule, quid me perſeque-
ris? † ※ durum eſt tibi calcitrare ad ſtimulos. ✓. Dixit autem; 5
Quis es, Domine mi? Dominus autem dixit; Ego ſum Jeſus
※ Nazarenus ✓ quem tu perſequeris. ※ Ille autem tremens, et pa- 6

1 ܩܫܐ ܗܘ ܠܟ ܠܡܒܥܛܘ ܠܡܥܘܩܣܐ ܀]	In margine MSti	ܩܫܐ ܗܘ ܠܟ ܠܡܒܥܛܘ ܠܡܥܘܩܣܐ ܀ ܠܐ ܗܪܟܐ ܒܝܘܢܝܐ. ܐܠܐ ܐܝܟܐ ܕܡܫܬܥܐ ܗܘ ܦܘܠܘܣ ܥܠܘܗܝ ܀
† durum eſt tibi calcitrare ad ſtimulos]	Lectio Marg.	"Durum eſt tibi calcitrare ad ſtimulos," non eſt hoc loco in Græco; ſed ubi enarrat de ſe Paulus.

ܘܬܡܝܗ ܗܘܐ ܥܠ ܗܝ ܕܗܘܬ ܠܗ ܐܡܪ. ܡܪܝܐ ܡܢܐ ܨܒܐ ܐܢܬ ܠܝ
ܠܡܥܒܕ. [1]ܘܡܪܝܐ ܠܘܬܗ ܩܘܡ ✓ ܐܠܐ ܩܘܡ ܘܥܘܠ
ܠܡܕܝܢܬܐ. ܘܬܡܢ ܡܬܡܠܠܐ ܠܟ ܡܢܐ ܘܠܐ ܠܟ ܠܡܥܒܕ.
7 ܓܒܪܐ ܕܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܥܡܗ ܪܕܝܢ ܗܘܘ. ܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܟܕ
*ܡܬܕܡܪܝܢ. ܟܕ ܫܡܥܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܩܠܐ. ܟܕ ܠܐ ܐܢܫ ܕܚܙܝܢ * ἔνεοι
8 ܚܙܝܢ ܗܘܘ. ܩܡ ܕܝܢ ܫܐܘܠ ܡܢ ܐܪܥܐ. ܟܕ ܦܬܝܚܢ ܕܝܢ
ܥܝܢܘܗܝ ܠܐ ܡܕܡ ܚܙܐ ܗܘܐ. ܟܕ ܐܚܕܝܢ ܕܝܢ ܡܢ ܐܝܕܗ
9 ܐܥܠܘܗܝ ܠܕܪܡܣܘܩ. ܘܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܟܕ
ܠܐ ܚܙܐ ܗܘܐ. ܘܠܐ ܐܟܠ ܘܠܐ ܐܫܬܝ.
10 ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܝܢ ܚܕ ܬܠܡܝܕܐ ܒܕܪܡܣܘܩ ܕܫܡܗ ܚܢܢܝܐ.
ܘܐܡܪ ܠܘܬܗ ܡܪܝܐ ܒܚܙܘܐ. ܚܢܢܝܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ. ܗܐ ܐܢܐ
11 ܡܪܝܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܡܪܝܐ ܐܡܪ ܠܘܬܗ. ܩܘܡ ܙܠ ܠܫܘܩܐ

vens ſuper eo quod factum fuerat ei, dixit; Domine, quid vis me
facere? † Et Dominus ad eum, Surge ✓, Sed ſurge, et ingredere
7 civitatem, et ibi dicetur tibi quid oporteat te facere. Viri autem
qui cum eo iter faciebant, ſtabant attoniti, audientes quidem vo-
8 cem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus e terra:
quum aperti eſſent autem oculi ejus, nihil videbat: manu autem
9 ducentes eum, introduxerunt eum Damaſcum. Et erat diebus tri-
bus non videns: et non comedit, neque bibit.
10 Erat autem quidam diſcipulus Damaſci, cujus nomen Ananias:
et dixit ad eum Dominus in viſione; Anania. Ille autem dixit;
11 Ecce ego, Domine. Ipſe autem Dominus dixit ad eum; Surge,
proficiſcere in vicum qui vocatur Rectus, et quære in domo Judæ

1 ܘܡܪܝܐ ܠܘܬܗ] In margine MSti (ܠܘܬܗ) ܐܡܪ (ܘܡܪܝܐ)
† et Dominus ad eum] Lectio Marg. (et Dominus) Dixit (ad eum,)

Saulum # quendam ✓ cujus nomen Tarſenſis: ecce enim orat. Et 12
vidit in viſione virum cujus nomen Ananias, introeuntem, et po-
nentem manum ſuper eum, ut viſum reciperet. Reſpondit autem 13
Ananias; Domine, audivi ex multis de viro hoc, quanta mala fece-
rit ſanctis tuis in Hieroſolyma. Et etiam hic habet poteſtatem a 14
principibus Sacerdotum vinciendi omnes qui invocant nomen tuum.
Dixit autem ad eum Dominus; Proficiſcere: quia vas electionis 15
eſt mihi iſte, ad portandum nomen meum coram gentibus, et regi-
bus, et filiis Iſraelis. Ego enim oſtendam ei, quanta oporteat eum 16
pro nomine meo pati. Abiit autem Ananias, et introivit domum: 17
et quum poſuiſſet ſuper eum manus, dixit; Saule, frater mi, Domi-
nus Jeſus miſit me, (is qui apparuit tibi in via qua veniebas;) ut

18 ܩܕܝܫܐ. ܘܡܚܕܐ ܢܦܠܘ ܡܢ ܥܝܢܘܗܝ ܐܝܟ ܩܠܦܐ: ܘܚܙܐ
19 ܒܪܫܥܬܗ ܘܩܡ ܥܡܕ. ܘܟܕ ܢܣܒ ܬܘܪܣܝܐ ܐܬܚܝܠ ܂ ܗܘܐ
ܕܝܢ ܥܡ ܬܠܡܝܕܐ ܕܐܝܬ ܗܘܘ ܒܕܪܡܣܘܩ ܝܘܡܬܐ ܡܕܡ:
20 ܘܡܚܕܐ ܒܟܢܘܫܬܐ ܡܟܪܙ ܗܘܐ ܠܝܫܘܥ ܂ ܕܗܢܘ ܐܝܬܘܗܝ
21 ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ: ܬܡܝܗܝܢ ܗܘܘ ܕܝܢ ܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܕܫܡܥܝܢ
ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܂ ܠܘ ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܕܐܘܒܕ ܒܐܘܪܫܠܡ
ܠܗܠܝܢ ܕܩܪܝܢ ܒܫܡܐ ܗܢܐ: ܐܦ ܠܗܪܟܐ ܠܗܢܐ ܐܬܐ: ܕܐܣܝܪܐ
22 ܢܕܒܪ ܐܢܘܢ ܠܘܬ ܪ̈ܒܝ ܟܗ̈ܢܐ܀ ܫܐܘܠ ܕܝܢ
ܝܬܝܪܐܝܬ ܡܬܚܝܠ ܗܘܐ: ܘܡܫܓܫ ܗܘܐ ܠܝܗܘ̈ܕܝܐ ܗܢܘܢ
ܕܥܡܪܝܢ ܗܘܘ ܒܕܪܡܣܘܩ: ܟܕ *ܡܫܘܐ ܕܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ * συμβιβάζω
ܡܫܝܚܐ.

23 ܟܕ ܕܝܢ ܡܬܡܠܝܢ ܗܘܘ ܝܘܡܬܐ ܣܓܝܐܐ: ܐܬܡܠܟܘ ܝܗܘ̈ܕܝܐ
24 ܕܢܩܛܠܘܢܗܝ. ܐܬܝܕܥ ܕܝܢ ܠܫܐܘܠ ܢܟܠܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܢܛܪܝܢ

18 visum recipias, et implearis Spiritu Sancto. Et statim ceciderunt
ab oculis ejus quasi squamæ, et visum recepit illico: et surgens
19 baptizatus est. Et quum accepisset cibum, corroboratus est: fuit
20 autem cum discipulis qui erant Damasci dies aliquot. Et statim in
21 synagogis prædicabat Jesum, quod is est Filius Dei. Obstupesce-
bant autem omnes qui audiebant, et dicebant; Nonne hic est ille
qui perdidit in Hierosolyma eos qui invocabant nomen istud: et huc
ad hoc venit, ut vinctos adduceret eos ad principes Sacerdotum.
22 Saulus autem magis corroborabatur, et confundebat Judæos qui ha-
bitabant Damasci; confirmans quod hic est Christus.

23 Quum autem implerentur dies multi, concilium ceperunt Judæi,
24 ut interficerent eum. Notæ factæ sunt autem Saulo insidiæ eo-

25 ܗܘܘ ܕܝܢ ܠܬܪ̈ܥܐ ܢܛܪܝܢ ܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܐ ܐܝܟܢܐ ܕܢܩܛܠܘܢܝܗܝ. ܟܕ
ܢܣܒܘܗܝ ܕܝܢ ܬܠܡ̈ܝܕܐ ܒܠܠܝܐ. ܐܚܬܘܗܝ ܡܢ ܫܘܪܐ܀ ܟܕ
26 ܫܒܩܘܗܝ ܒܣܦܝܪܬܐ܀ ܟܕ ܐܬܐ ܕܝܢ ܫܐܘܠ ܠܐܘܪܫܠܡ. ܡܢܣܐ
ܗܘܐ ܠܡܬܢܩܦܘ ܠܬܠܡ̈ܝܕܐ. ܘܟܠܗܘܢ ܕܚܠܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ.
27 ܟܕ ܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܗܘܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܬܠܡܝܕܐ. ܒܪܢܒܐ ܕܝܢ ܟܕ
ܐܚܕܗ. ܐܝܬܝܗ ܠܘܬ ܫܠܝ̈ܚܐ. ܘܐܫܬܥܝ ܠܗܘܢ ܐܝܟܢܐ
ܒܐܘܪܚܐ ܚܙܐ ܠܡܪܝܐ. ܘܡܠܠ ܥܡܗ. ܘܐܝܟܢܐ ܒܕܪܡܣܘܩ
28 ܒܦܪܗܣܝܐ ܡܠܠ ܒܫܡܗ ܕܝܫܘܥ. ܘܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
29 ܥܡܗܘܢ. ܟܕ ܥܐܠ ܗܘܐ ܘܢܦܩ ܠܐܘܪܫܠܡ. ܘܡܬܡܪܚܢܘܬ[1]
ܗܘܐ ܒܦܪܗܣܝܐ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝܐ. ܘܡܡܠܠ ܗܘܐ ܘܕܪܫ ܗܘܐ ܥܡ
30 ܝܘܢܝ̈ܐ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܡܢܣܝܢ ܗܘܘ ܠܡܩܛܠܗ. ܟܕ
ܝܕܥܘ ܕܝܢ ܐܚ̈ܐ. ܐܚܬܘܗܝ ܠܩܣܪܝܐ ܕܦܠܛܝܢ. ܘܫܕܪܘܗܝ

rum: custodiebant autem portas et die et nocte, ut interficerent
eum. Accipientes eum autem discipuli nocte, demiserunt eum per 25
murum, submittentes eum in sporta. Quum venisset Saulus Hie- 26
rosolymam, tentabat adjungere se discipulis: et omnes timebant
eum, non credentes quod esset discipulus. Barnabas autem acci- 27
piens eum, duxit eum ad Apostolos, et narravit iis quomodo in via
vidisset Dominum, et loquutus esset ei: et quomodo Damasci li-
bere loquutus esset in nomine Jesu. Et erat cum iis intrans et 28
exiens Hierosolyma, Et usus est fiducia in nomine Domini. Lo- 29
quebatur autem et disputabat adversus Græcos: illi autem cona-
bantur interficere eum. Quum cognovissent autem fratres, dedux- 30

1 ܘܡܬܡܪܚܢܘܬ] In margine MSti ܡܡܪܚܐ :·

31 ܠܛܪܣܘܣ ܀ ܥܕ̈ܬܐ ܡܢ ܗܝ ܕܒܟܠܗ̇ ܝܗܘܕ ܘܓܠܝܠܐ
ܘܫܡܪܝܢ. ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܫܠܡܐ ܀ ܟܕ ܡܬܒܢܝܢ ܗܘܘ
ܘܪܕܝܢ ܒܕܚܠܬܗ ܕܡܪܝܐ ܀ ܘܒܒܘܝܐܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܣܓܝܢ
ܗܘܘ ܀
32 ܗܘܐ ܕܝܢ ܕܟܕ ܦܛܪܘܣ ܡܬܟܪܟ ܗܘܐ ܒܟܠܗܘܢ܆
33 ܠܡܢܚܬ ܐܦ ܠܘܬ ܩܕܝܫܐ ܗܢܘܢ ܕܥܡܪܝܢ ܒܠܘܕ. ܐܫܟܚ
ܕܝܢ ܬܡܢ ܠܓܒܪܐ ܚܕ ܕܫܡܗ ܐܝܢܝܐܣ* ܀ ܕܡܢ ܬܡܢܐ ܫܢܝܢ * αινιν
34 ܪܡܐ ܗܘܐ ܒܥܪܣܐ. ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܫܪܝܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ
ܫܡܥܘܢ. ܐܝܢܝܐ* ܀ ܡܐܣܐ ܠܟ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. ܩܘܡ ܘܫܘܐ * αινια
35 ܠܟ. ܘܡܚܕܐ ܩܡ. ܘܚܙܐܘܗܝ ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܥܡܪܝܢ ܒܠܘܕ
ܘܒܫܪܘܢܐ ܀ ܗܢܘܢ ܕܐܬܦܢܝܘ ܠܘܬ ܡܪܝܐ ܀
36 ܒܝܘܦܐ ܕܝܢ ܐܝܬ ܗܘܬ ܚܕܐ ܬܠܡܝܕܬܐ ܀ ܕܫܡܗ̇ ܗܘܐ* ܛܒܝܬܐ. * ταβιθας
ܗܝ ܕܡܢ ܡܬܦܫܩܐ ܡܬܩܪܝܐ* ܛܒܝܬܐ. ܗܕܐ ܕܝܢ ܡܠܝܐ ܗܘܬ غزالة *

31 erunt eum Cæſaream ⁜ nocte ✓, et miſerunt eum Tarſum. Eccle-
ſiæ quidem igitur totius Judææ, et Galilææ, et Samariæ, habebant
pacem: ædificatæ et pergentes in timore Domini, et in conſolatione
Spiritus Sancti, multiplicabantur.
32 Factum eſt autem, ut, quum Petrus circuiret per omnes, deſcen-
33 deret etiam ad ſanctos qui habitabant Lyddæ. Invenit autem ibi
hominem quendam cujus nomen Æneas, qui ab annis octo jacebat
34 in lecto, qui erat paralyticus. Et dixit ei Petrus; Ænea, ſanat te
6. ܥܡ ܣܓܝܐܐ cum multis] Quod σὺν πολλοῖς rectius quam, cum Wetstenio, σὺν τῷ πλήθει, interpreteris. Sed hoc leve.—ܕܒܥܬܐ ζητήματος, quod idem Vir Cl. ex margine citavit, dat *textus* noster, Cod. E. assentiente.

11. ܠܗܠܝܢ ---- ܕܐܬܐܡܪܝܢ iis—quæ dicta fuerant] In MSto. verbum ܐܬܐܡܪܝܢ exaratur in singulari, absque ܝ et punctis pluralibus. Correxi, constructione ita flagitante; et Auctore ipso facem præferente in Cap. xxi. 24.

20. ܡܢ ܕܒܚܐ ܛܡܐܐ ܘܦܬܟܪܐ a victimis impuris, et idolis,] Græce *ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων*: quarum vocum constructio literam ܕ præfigi postulat pro ܘ *et*. At textum corrigere non ausus sum.

23. ܟܕ ܟܬܒܘ ܒܝܕ ܐܝܕܐ scribentes per manum] Erravit Wetstenius, cum in margine ܐܝ̈ܕܝܐ *manus* legi affirmavit.

24. ܕܐ̈ܢܫܝܢ ܡܢܢ ܟܕ ܢܦܩܘ quod quidam ex nobis exeuntes] Lectio marginalis forsan e Versione Syra priori petita est, namque ibi verbum pro verbo habetur. At de hac lectione nihil habet Wetstenius.

39. ܘܠܒܪܢܒܐ ܟܝܠ ܟܕ ܕܒܪ ܠܡܪܩܘܣ: ܛܦܐ ܠܩܘܦܪܘܣ et Barnabas, assumens Marcum, navigaret in Cyprum] Verbum ܛܦܐ scriba mendose exaravit in plurali numero ܛܦܘ. Græci omnes habent singularem, itaque ܘ pluralem delevi.

CAP. XVI.

3. ܗܢܘܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ qui erant] MStus. male verbum habet in singulari numero ܕܐܝܬ ܗܘܐ. Constructio pluralem flagitat, et ita se habet Versio Syra prior; textum ergo correxi.

13. ܐܝܟܐ ܕܡܣܬܒܪܐ ܗܘܐ ܕܐܝܬܝܗ ܒܝܬ ܨܠܘܬܐ ubi videbatur esse domus orationis] Græce *οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι*. Verbum *νομίζω* parum apte Polycarpus reddidisse videtur.

19. ÷ ܡܢܗܘܢ ↙ ex ea ↙] Hic Obelus usurpatur, non Asteriscus, ut inquit Wetstenius. In comm. 23. quoque vox ܐܢܝܢ *eas* Obelo notatur, non Asterisco, ut fingit vir eruditus.

22. ܦܪܩܘ [ܟܕ] dirumpentes] ܟܕ *quum* inserui; quæ particula cum præterito verbi sæpissime construitur.

29. ÷ ܠܘܬ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ↙ ܕܦܘܠܘܣ ad ÷ pedes ↙ Pauli] Vox ܪ̈ܓܠܘܗܝ tantum, non vero litera ܕ, Obelo notatur in MSto.

30. ※ ܘܠܫܪܟܢܘܗܝ ܕܐܣܝܪܐ ܐܣܪ ܒܙܗܝܪܘܬܐ܀ ܘܩܪܒܘ ↙
※ et reliquos astrinxisset tuto, appropinquavit et ↙] Lectionem Asterisco notatam habet Codex D. inquit Wetstenius: ita sane; tum adjicit Noster voces *appropinquavit et*, cui lectioni nulli Codd. Græci patrocinantur, et de qua nihil annotavit Clar. vir.

33. ܘܟܕ ܕܒܪ et accipiens] Scriba vitiose exaravit in plurali numero ܕܒܪܘ: constructio exigit singularem, et ita se habet Versio Syra prior. Textum ergo correxi.

34. ܥܡ ܟܠܗ ܒܝܬܗ cum omni domo sua] Græce πανοικί: et eandem vertendi rationem secutus est Auctor in Luc. xi. 22. ubi vocem πανοπλίαν reddidit per ܟܠܗ ܙܝܢܐ. At in Act. xviii. 8. voces Syriacæ ܟܠܗ ܒܝܬܗ respondent Græcis ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.

39. ܓܒܪ̈ܐ ܙܕܝ̈ܩܐ viri justi] Sensus et Cod. D. hæc verba inseri postulant post ܙܕܝ̈ܩܐ *justi*: ܘܟܕ ܐܦܩܘ܆ ܡܬܟܫܦܝܢ ܗܘܘ ܐܢܘܢ ܟܕ ܐܡܪܝܢ (ܡܢ ܗܕܐ ܡܕܝܢܬܐ) *et educentes rogabant eos, dicentes,* (*Ex hac civitate* &c.) Itaque omnia in textum recepi. Gr. impressi legunt—κὴ ἐλθόντες παρεκάλεσαν αὐτοὺς, κὴ ἐξαγαγόντες ἠρώτων ἐξελθεῖν τῆς πόλεως. Codex vero D. καὶ παραγενόμενοι μετὰ φίλων πολλῶν εἰς τὴν φυλακὴν, παρεκάλεσαν αὐτοὺς ἐξελθεῖν, εἰπόντες· Ἠγνοήσαμεν τὰ καθ' ὑμᾶς, ὅτι

ἐςε ἄνδρες δίκαιοι. ΚΑΙ ΕΞΑΓΑΓΟΝΤΕΣ ΠΑΡΕΚΑΛΕΣΑΝ ΑΥΤΟΥΣ ΛΕΓΟΝΤΕΣ· Ἐκ τῆς πόλεως ταύτης &c.

CAP. XVII.

4. Poſt ܡܢܗܘܢ *ex iis*, verbum ܐܬܛܦܝܣܘ, aut ſimile aliquid, deeſt in MSto, ſenſu claudicante. Obſervandum eſt autem, Codd. E. 38. 40. et Verſionem Syram priorem habere ἐπίςευσαν, ܗܝܡܢܘ *crediderunt*, ſed Cod. 4. ἐϐαπ]ίσθησαν, *baptizati ſunt*. Cum vero alii Græci omnes ἐπείσθησαν habeant, melius duxi verbum ܐܬܛܦܝܣܘ *perſuaſi ſunt* in textum recipere.

6. ܐܗܦܟܘ ſubvertunt *vel* ſubverterunt] In MSto. verbum eſt in ſingulari numero ܐܗܦܟ, ſed relativum ܗܢܘܢ *qui* pluralem exigit; quare textum emendavi.

11. ܡܒܚܢܝܢ ܗܘܘ ſcrutantes] Hic primum occurrit mihi verbum ܒܚܢ. In omnibus locis Græcum ἀνακρίνω reddidit Auctor per ܕܢ *judicavit*, ſi excipias hoc comma, et capitis xxiv. 8vum. At verbum ܒܚܢ minime damnandum: nam Caſtellus reddidit *investigavit, probavit*, et ſubſtantivum ܒܘܚܢܐ in Cap. xxv. 26. uſurpatur pro *ſcrutatio vel examinatio*, Græce ἀνάκρισις.

21. ܡܕܡ ܝܬܝܪ ܚܕܬܐ aliquid magis novi] Per voces ܝܬܝܪ ܚܕܬܐ Græcum καινότερον Interpres expreſſit.

22. ܐܝܟ ܝܬܝܪ ܒܝ̈ܫܝܢ ܒܦܘܠܚܢܐ ܕܫܐ̈ܕܐ quaſi religioſiores] Ad verbum, *quaſi magis pravos in cultu dæmoniorum*.

27. ܡܢ [ܟܠ] ܚܕ ܡܢܢ ab unoquoque noſtrum] Juxta Polycarpianam vertendi rationem, vox ܟܠ *omnis* omnino neceſſaria eſt ad Græca vocabula ἑνὸς ἑκάςου exprimenda; itaque eam inſerui. Vid. Act. ii. 6. xx. 31. xxi. 26.

32. ܗܢܘܢ hi] Mendoſe ſcriba exaravit abſque litera ܢ finali; eam ſupplevi.

CAP. XVIII.

2. ܫܘܪܝܐܝܬ, nuper] Caſtellus adverbium non habet; habet tamen ܫܘܪܝܐ *incipiens*, *novitius*, unde adverbium oritur.

3. ܡܛܠ ܕ [ܘ]—[*Et*] quia] Copulativam ܘ in textum recepi, tanquam pernecessariam: ea in margine, et Græcis omnibus reperitur.

8. ܘܡܗܝܡܢܝܢ ܗܘܘ ⁂ ܒܝܕ ܫܡܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ✓ Credebant ⁂ per nomen Domini Jeſu Chriſti ✓] Sic in MSto. ſententia ſe habet; at mendoſa, et linguæ idiomati, ni fallor, minime conſentanea locutio. Si enim Græce de verbo ad verbum expreſſeris, ſic legeretur, ἐπίστευον διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, quæ loquendi forma nunquam in Novo Teſtamento uſurpatur, ſed —πιστεύω τῷ Θεῷ ſeu τῷ Κυρίῳ, ut in hoc commate—τῷ Χριστῷ—πιστεύω εἰς τὸ ὄνομα (non διὰ τοῦ ὀνόματος)—εἰς αὐτὸν, εἰς ἐμὲ &c. Verbum autem ܗܝܡܢ *credidit* vel literam ܒ, (ut in hoc commate) vel ܠ, ſemper in conſtructione habet, nunquam iſtam præpoſitionem ܒܝܕ. Vide Schaaf. Lex. Eadem forma locutionis *credere in nomen Jeſu Chriſti* reperitur in Joh. i. 12. ii. 23. 1 Joh. iii. 23. v. 13. ubi eſt ܒܫܡܐ *in nomen*. At *credere in Jeſum Chriſtum* uſitatior eſt, vel *in illum*, *in me* &c. in quibus locis uſurpatur ܒܝ *in me* ܒܗ *in illum*, ܒܒܪܐ *in Filium*, Joh. iii. 36. ܗܝܡܢܘ ܒܢܘܗܪܐ *Credite in lucem*, Joh. xii. 36. ܗܝܡܢܘ ܒܐܠܗܐ *Credite in Deum*, ܘܒܝ ܗܝܡܢܘ *et in me credite*, Joh. xiv. 1. Fruſtra quæſiveris exemplum, ubi ܗܝܡܢ in conſtructione habeat ܒܝܕ. Monet autem Wetſtenius Codicem D. legere poſt ἐβαπτίζοντο—πιστεύοντες ΤΩ,

ΘΕΩ, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ—unde fit mihi probabile, scribam in textu vocem ܠܐܠܗܐ *in Deum* omisisse.

Ibid. ܘܡܥܡܕܝܢ et baptizabantur] Sic in MSto. Suspicor vero verbum ܗܘܘ desiderari. Legi malim ܗܘܘ ܘܡܥܡܕܝܢ.

12. ܥܠ ܦܘܠܘܣ in Paulum] MStus. habet ܥܡ *cum* pro ܥܠ *in*, mendose; errorem correxi fide Versionis Syræ prioris.

Ibid. ܠܘܬ ܐܢܬܘܦܛܘܣ ܀—܀ ad proconsulem ✓] Deest signum finale in MSto. post ܐܢܬܘܦܛܘܣ *proconsulem*, at supplevi illud, sensu postulante: eodem modo legit et Wetstenius.

Ibid. ܒܝܡܐ tribunal] Sic in MSto. vox exaratur; usitatius est ܒܐܡܐ. Vid. comm. 17. sed in ii Cor. v. 10. est ܒܐܘܡܐ, scribæ forsan incuria.

14. ܣܩܘܘܣ] In MSto. exaratur nunc ܣܩܘܘܣ, nunc ܣܩܐܘܘܣ, ut in comm. 12. 18. et xix. 1.

21. ܦܢܛܘܣ omnino] Est vox πάντως Syriacis scripta. Usitatius vero scribitur cum ܐ, ܦܐܢܛܘܣ, ut in Luc. iv. 23. Act. xxviii. 4.

Ibid. Vox ܠܐܠܦܐ, *navim*, Obelo notata Wetstenium prorsus fugit; nec admonet Vir Cl. marginem nostram cum Versione Syra priori convenire.

CAP. XIX.

2. Lectionem marginalem cum Codice D. consentire non animadvertit Wetstenius.

6. Lectionem marginalem ex parte solum Græce reddidit Wetstenius, nam verba, ܕܐܦ ܢܦܫܩܘܢ ܐܢܝܢ ܗܢܘܢ ܠܗܘܢ prorsus omisit, quæ sic Latine sonant, *quod interpretarentur illas hi ipsi.* Ex

Epiſtola 1 Cor. xii. manifeſtiſſimum eſt, *loqui linguis*, et *interpretari*, diverſa Spiritus dona fuiſſe; et veriſimile eſt, eos, de quibus hic ſermo habetur, utroque dono eſſe præditos.

9. ܩܕܡ ܗܘ ܟܢܫܐ ※ ܕܥܡܡܐ ✓ coram multitudine ※ Gentium ✓] Vox ܕܥܡܡܐ in MSto. eſt in ſingulari numero ܕܥܡܐ, at vitioſe. Correxi errorem fide Codicum D. E. et Verſionis Syræ prioris.

Ibid. ※— ܗܝܕܝܢ ✓ ܟܕ ܐܬܦܪܫ ܡܢܗܘܢ ※—※ tunc ✓ diſcedens ab iis] Græce τότε ἀποστὰς ἀπ' αὐτῶν. Non adjicitur ܗܘ ܦܘܠܘܣ, ὁ Παῦλος, in MSto. quod vult Wetſtenius. Aſteriſci ſignum finale ſequitur ܗܝܕܝܢ *tunc*.

10. [ܢܫܡܥܘܢ] [*audirent*] Hoc verbum e Verſione Syra priori ſupplevi, ſententia ita flagitante.

11. ܒܐܝܕܗ ܕܦܘܠܘܣ per manum Pauli] Omnes Græci Codices habent vocem χεῖρας in plurali numero, at Verſio Syra prior cum Codice noſtro convenit; quod omiſit Wetſtenius.

15. ܟܕ ܥܢܐ ܕܝܢ ܒܙܒܢ reſpondens autem aliquando] Græci omnes habent ἀποκριθὲν δὲ, excepto Codice D. qui legit τότε ἀπεκρίθη. Notatu dignum cenſeo, vocem ܗܝܕܝܢ *tunc* Græco adverbio τότε, et ܒܙܒܢ ſequenti adverbio ποτὲ, ſemper reſpondere. In locis ſequentibus ποτὲ reddidit Auctor per ܒܙܒܢ *aliquando*, viz. Luc. xxii. 32. Joh. ix. 13. Rom. i. 10. vii. 9. xi. 30. Gal. i. 13. 23. bis. ii. 6. Epheſ. ii. 2. 3. 11. 13. i Pet. ii. 10. iii. 5. 20. et paſſim. Unde veriſimile mihi videtur, Polycarpum in Græco ſuo legiſſe ποτὲ, non τότε. Et ποτὲ quidem hoc loco mihi melius placet.

Ibid. ܪܘܚܐ ܗܘ ܒܝܫܐ ſpiritus ille malus] In MSto. voces cum punctiunculis ſupernis, quæ tranſpoſitionem denotant, hoc ordine

exarantur ܗܝ ܪܘܚܐ ܒܝܫܬܐ; ergo in textu impreſſo tranſponendas voces curavi, cui ordini Græci Codices favent; τὸ πνεῦμα τὸ πονηρόν.

16. ܘܟܕ ܐܫܬܠܛ ܒܟܠܗܘܢ et dominatus omnium] Errat, ni fallor, Wetſtenius, cum Verſionem noſtram affirmat convenire cum Cod. A. &c. et Verſione Vulgata, atque in ea legi ἀμφοτέρων. Vox in margine quidem legitur; eam vero ibi a ſcriba appoſitam fuiſſe ſuſpicor. Aliis in locis, ubi ἀμφότερος occurrit, ea vox transfertur per ܬܪܘܝܗܘܢ, ſi excipias Act. xxiii. 8. Rectius igitur ſtatueris Auctorem legiſſe πάντων, quam ἀμφοτέρων, ſive αὐτῶν.

25. ܢܩܝܦܝ ܒܦܘܠܚܢܐ ※—※ cooperarii, ↙] MStus. cum Codice D. non convenit, ut male affirmavit Wetſtenius. Solum voces ܢܩܝܦܝ ܒܦܘܠܚܢܐ, ſeu Græce συντεχνῖται, Aſteriſco notantur; et ܠܘܬܗܘܢ, πρὸς αὐτοὺς, MStus. non habet.

27. ܐܬܐ ܠܢ venit nobis] Deeſt ܠܢ *nobis* in Verſione Syra priori; quod non animadvertit Wetſtenius.

31. ܟܕ ܫܕܪܘ mittentes] Mendoſe ſcriba exaravit in ſingulari numero ܟܕ ܫܕܪ, cum conſtructio pluralem exigat; et ita ſe habet Verſio Syra prior: textum ergo emendavi.

34. ܟܕ ܕܝܢ ܝܕܥܘ quum autem cognoviſſent] Hic quoque erravit ſcriba, qui in ſingulari numero verbum exaravit. Correxi errorem fide Verſionis Syræ prioris.

CAP. XX.

4. ܡܢ ܬܣܠܘܢܝܩܝܐ ex Theſſalonicenſibus]. Deſunt puncta pluralia in MSto. Græci vero habent pluralem numerum

Θεσσαλονικέων. Puncta igitur imposui, sensu postulante: et ita se habet vox in Cap. xxvii. 2.

12. [ܕܝܢ] ܘܐܝܬܝܘܗܝ adduxerunt [*autem*] In Græcis ἤγαγον δὲ, nullis variantibus; inserui ergo ܕܝܢ *autem*, cum sententia particulam hanc exigat.

Ibid. ܠܐ ܡܫܘܚܬܐܝܬ non mediocriter] In MSto. mendose ܠܗ.

19. Wetstenius non animadvertit MStum. habere ܥܡܟܘܢ *vobiscum*, cum Codd. C. 15. 18. 36. μεθ' ὑμῶν.

23. ܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ in omni civitate] Concinit Codex noster cum Codice D. et Versione Vulgata, nihil annotante Wetstenio.

28. ܠܟܘܢ ܒܟܘܢ vobis ipsis] In MSto. vox ܠܟܘܢ non habet literam ܢ finalem: eam supplevi.

29. ܕܐܒܐ̈ lupi] Sic MS. sed forsan legendum ܕܐܒ̈ܐ, ut in Syra priori.

34. ܫܡܫ̈ܝ ܐܝܕ̈ܝܐ ܗܠܝܢ ministraverint manus istæ] MStus. habet verbum in singulari numero ܫܡܫ, sed perperam. Literam ܝ finalem et puncta pluralia supplevi, constructione ita exigente, et præeunte Syra priori.

CAP. XXI.

1. ܐܬܦܪܫܢܢ avulsi] Græce ἀποσπασθέντας. Vertit Auctor ἀποσπάω in Matt. xxvi. 51. per ܦܣܩ *distrinxit*; in Luc. xxii. 41. per ܐܬܦܪܫ *secessit*; et in Act. xx. 30. per ܢܓܕ *abstraxit*.

Ibid. ܐܬܝܢܢ venimus] In MSto. Copulativa *et* præfigitur, at

mendose; eam delevi, annuentibus Codd. Græcis, neque eam sententia admittente.

5. ܝ̈ܘܡܬܐ [ܠܡܫܡܠܝܘ] ܠܢ ܗܘܐ factum esset nos [*peragere*] dies &c.] In Græcis ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας. In MSto. excidit verbum quod τῷ ἐξαρτίσαι respondeat: errorem arguunt sensus, codices, versiones. Ἐξαρτίζω forma participiali legitur et in ii Tim. iii. 17. ubi Noster ܡܫܡܠܝܐ: itaque hic in textum recepi infinitivum ܠܡܫܡܠܝܘ ex eadem radice.

16. Observandum est Wetstenium asseruisse, Codicem nostrum cum D. convenire; quod parum accurate dictum. Codici D. convenit margo; non item textus.

22. ܦܘܪܣ ܟܠ ܡܟܝܠ omnino] Voces ܦܘܪܣ ܟܠ in i Cor. v. 10. conjunguntur, ܒܟܠܦܘܪܣ, ad verbum, *omni modo*.

24. ܕܐܫܬܡܥ̈ܝܢ ܗܠܝܢ quæ audita sint] MS. verbum habet singulare ܕܐܫܬܡܥܬ, sed perperam; nam relativum ܗܠܝܢ plurale exigit: quod restitui.

29. [ܒܡܕܝܢܬܐ] ܐܦܣܝܐ ܗܘ ܠܛܪܘܦܝܡܘܣ Trophimum Ephesium [*in civitate*]. Istud ἐν τῇ πόλει repræsentant omnes et Græci codices et versiones: textum igitur una voce auctiorem dedi.

Ibid. ↘ ܐܥܠ※ܗ introduxisset ※ eum ↙] Nullus dubito Asteriscum hoc loco vitiose pro Obelo exhiberi. Affixum certe redundat.

31. ↘ ܗܟܝܠ ܚܙܝ ※—※ Vide igitur &c. ↙] Syriaca sequentibus vocibus Græcis respondent, ἴδε οὖν, μὴ ποιήσωσιν στάσιν: quod, cum nihil tale sit aut in codd. aut in versionibus, unde habuerit Noster, plane nescio.

CAP. XXII.

9. ܘܕܚܠܘ̈ܬܐ et expavefacti] Sic MS. at uſitatior vox eſt ܕܚܘܠܬܐ, quod malim.

14. ܐܦܪܫܟ ordinavit te] ſeu *deſignavit*. Vid. Not. in Cap. iii. 20. ubi idem verbum occurrit ; conſule et Cap. xxvi. 16.

21. ܘܐܡܪ ܠܘܬܝ et dixit ad me] ܐܒܝ, *Abi*, in MSto. omittitur, ſenſu reclamante, necnon omnibus et Græcis et verſionibus.

25. ܐܡܪ ܠܘܬ ܪܝܫ ܡܐܐ ܗܘ ܕܩܐܡ ܗܘܐ dixit ad Centurionem qui aſtabat] Omnes Græci codices, codice D. excepto, et verſiones, poſt verba ܩܐܡ ܗܘܐ *aſtabat*, habent ܦܘܠܘܣ *Paulus*. Abeſt iſta vox etiam noſtro codice, tacente Wetſtenio. Sane abeſſe poteſt, nullo ſenſus detrimento.

30. ܫܕܪ ܫܪܝܗܝ ※—※ miſit ✓ ſolvit eum] Sic Aſteriſcus in MSto. adhibetur, quod non animadvertit Wetſtenius. Cum autem hæc verba *ſolvit eum* Aſteriſco notentur in præcedenti verſiculo, eadem hic procul dubio ſupervacanea ſunt ; et Criticum adeo ſuſpicor voluiſſe *miſit et juſſit* &c.

CAP. XXIII.

6. ܥܠ ܣܒܪܐ ܕܩܝܡܬܐ de ſpe reſurrectionis] In Græcis ἐλπίδος ϗ ἀναςάσεως. Verſio Syra prior habet cum noſtro codice, *ſpe reſurrectionis*, quæ lectio meo judicio Græcis longe præſtat. De hac lectione nihil annotavit Wetſtenius.

10. ܘܠܡܚܛܦܘܗܝ et rapere eum] In MSto. mendoſe exaratur cum ܒ pro ܚ, ܘܠܡܒܛܦܘܗܝ. Correxi errorem auctoritate verſionis Syræ prioris ; ita quoque verbum ſe habet in Act. viii. 39.

ii Cor. xii. 2. 4. et alibi. Verbum ܚܛܦܗ reddit Castellus per *rediit, redire fecit*, quæ notio hic locum nullum habet.

15. ܡܛܝܒܝܢ ܐܢܚܢ ܠܡܩܛܠܗ parati sumus occidere eum] Lectio marginalis, *κἂν δέῃ ἀποθανεῖν*, inquit Wetstenius, Asterisco notatur; non ita profecto.

16. ܫܡܥ [ܟܕ]—[*Quum*] audivisset] Polycarpiana vertendi ratio exigit ܟܕ ante præteritum verbi: ergo inserui. Vid. Not. Cap. ii. 37.

21. [ܓܝܪ] ܟܡܝܢܝܢ insidiantur [*enim*]. Deest ܓܝܪ in MSto: inserui fide codicum Græcorum. Sententia quoque idem postulat.

24. ܢܫܘܙܒܘܢܝܗ salvum perducant eum] In MSto. verbum mendose exaratur absque litera ܙ — ܢܫܘܒܘܢܝܗ. Errorem correxi: nam Græcum verbum *διασώζω* semper vertit Auctor per ܫܘܙܒ, *servavit, salvum fecit*.

29. ܐܦܩܬܗ ܒܥܡܠ ܒܩܛܝܪܐ ܠܐ ※—※ abduxi eum vix violentia ✓] Monet Wetstenius hanc lectionem Asterisco esse notatam; adjicio, huc pertractam fuisse a Cap. xxiv. 7. ubi *Veniens autem Lysias tribunus, cum violentia (ܒܩܛܝܪܐ ܪܒܐ) magna, e manibus nostris abduxit*. Mirum autem mihi videtur virum eruditissimum in interpretatione sua tam fœde errasse. Sic clausulam Græce reddidit: *ἀπήγαγον τηρεῖσθαι ἐν δεσμοῖς*, quæ loco aperte repugnant; nam paulo ante dixerat Tribunus Paulum nihil egisse dignum morte aut vinculis; itaque parum verisimile est ab illo servatum fuisse Apostolum in vinculis. Jam vero vox ܩܛܝܪܐ, quæ sæpe in versione Syra priori usurpatur, nunquam *vinculum*, sed *violentia* significat; quomodo Schaafius reddidit in Cap. xxi. 35. xxiv. 7. Idem Cap. v. 26. *coacte*. Similitudinem τοῦ ܩܛܪܐ *vinculum* et τοῦ ܩܛܝܪܐ *violentia*, credo fraudi fuisse Wetstenio.

CAP. XXIV.

10. ܒܥܡܐ ܗܢܐ genti huic] Verſio Syra prior habet Genitivum, Græci autem codices Dativum caſum: quam ob cauſam præpoſitione ܒ, ſeu ablativo, uſus ſit Polycarpus, neſcio. Nulla eſt varia lectio in Græcis apud Wetſtenium.

12. ܠܘܬ ܐܢܫ, apud aliquem] In MSto. vox ܠܘܬ caret litera ܬ finali : perperam.

Ibid. ܘܠܐ ܩܘܡܬܐ neque ſeditionem] Græci alii ἐπισύςασιν, alii ἐπίςασιν, habent. Neutri vocabulo vox ܩܘܡܬܐ abſque particula negativa ܠܐ *non* præcedente, reſpondebit. Itaque particulam iſtam ſuſpicor ſcribam omiſiſſe. Legere vellem ܘܠܐ ܠܐ ܩܘܡܬܐ. — ܩܘܡܬܐ eſt *ſtatus* &c. contra, ܠܐ ܩܘܡܬܐ eſt *ſeditio, inſurrectio*: ita uſurpatur ܢܡܘܣܐ *lex* ܠܐ ܢܡܘܣܐ *iniquitas*, ܡܬܛܟܣܐ *ordinatus*, ܠܐ ܡܬܛܟܣܐ *inordinatus, inconſtans*, Jacob. i. 8: et alia exempla paſſim occurrunt. Ex his omnibus fit mihi probabile, particulam ܠܐ excidiſſe.

16. ܡܬܛܥܢܘܬ occupatus] Sic in MSto. at in Cap. xviii. 14. vox exaratur abſque ܘ, ܡܬܛܥܢܐ, recte, ni fallor.

24. ܫܕܪ ܘܐܝܬܝܗ miſit *et* adduxit] Hæc verba Græcæ voci μεταπέμπομαι reſpondent et hic, et in comm. 26, ubi et verſio Syra prior ita ſe habet. Vid. Cap. xxv. 3.

25. [ܕܝܢ] ܟܕ ܡܡܠܠ ܗܘܐ quum loqueretur [*autem*]. Inſerui ܕܝܢ *autem*, cui lectioni omnes Græci codices favent. Vocula iſta abſente, perit certe gratia connectionis.

CAP. XXV.

6. ܒܗܘܢ inter eos] Errat Wetstenius, cum verba hæc desiderari in textu, in margine autem legi contendit. Res sic se habet. In textu legitur ܒܗܘܢ *inter eos*; itidem in margine, apposita varietate lectionis ܠܘܬܗܘܢ *apud eos*. Hoc scilicet a Critico pluries factum.

Ibid. ܝܘܡ̈ܬܐ ܬܡܢܝܐ ܐܘ ܥܣܪܐ dies octo aut decem] Voces ܝܬܝܪ ܡܢ *plures quam* in MSto. inter lineas superne et inferne inseruntur, sed quasi erasæ. Si scriba eas legi voluerit, addi oportebat et ܠܐ *non,* sine qua particula loco non congruent. Itaque in textum voces non recepi. Versio Syra prior cum textu nostro impresso concinit. Nonnulli quidem Græci codices habent *οὐ πλείυς,* Syriace ܠܐ ܝܬܝܪ ܡܢ, *non plures quam*---

7. ܝܗܘ̈ܕܝܐ ܗܢܘܢ ܕܢܚܬܘ Judæi qui descenderant] In MSto. verbum est in singulari numero ܕܢܚܬ, at vitiose. Adjeci ܘ pluralem, constructione ita flagitante.

9. ܟܕ ܥܢܐ ܦܘܠܘܣ respondens Paulo] Literam ܠ voci ܦܘܠܘܣ præfixam librarius omisit, invita constructione, invita etiam Syra priori.

12. ܥܡ ܫܘ̈ܝ ܡܠܟܗ cum concilio] Ad verbum, *cum æqualibus concilii sui. Græce μετὰ τῦ συμβελίου.*

20. ܦܪܝܢ hæsitans] Hic tantum reperitur hoc vocabulum in Versione Philoxeniana. In Joh. xiii. 22. et Galat. iv. 12. idem Gr. (ἀπορῦμαι) transfertur per ܦܫܩ et ܐܬܦܫܩ: at in ii Cor. v. 7. per ܐܬܦܠܝܣ

23. ܟܠܝܠܪ̈ܟܐ tribunis] Puncta pluralia, in MSto. omissa,

impoſui, omnibus Græcis annuentibus; ſententia quoque pluralem numerum poſtulat.

26. ܠܡܪܝܐ domino] In MSto. vox mendoſe repetita eſt; iteratam in textu delevi.

CAP. XXVI.

1. Lectio marginalis non Aſteriſco notatur, ut affirmat Wetſtenius.

4. ܝܕܥܝܢ ܟܠܗܘܢ ܝܗܘܕܝܐ norunt omnes Judæi] In MSto. vox ܐܢܬܘܢ *vos* ſequitur ܝܕܥܝܢ: cum conſtructioni adverſetur, eam delevi.

Ibid. ܟܕ quum] Hæc particula ſæpe in MSto exaratur ܟܕ, at uſitatior eſt forma ܟܕ, quomodo imprimendam curavi: idem ambæ voces ſignificant. Vid. Not. in ii Cor. viii. 17.

8. ܠܐ ܡܗܝܡܢܢܘܬܐ incredibile] Sic MStus. Suſpicor autem legendum eſſe ܠܐ ܡܗܝܡܢܘܬܐ, ut in ii Cor. vii. 12. 14.

16. ܕܐܦܪܫܟ ut deſignarem te] Vide Not. Cap. iii. 20. ubi verbum hoc primum occurrit.

Ibid. ܕܚܙܝܬ quæ vidiſti] MS. vitioſe habet ܕܚܙܝܬܢܝ *vidiſti me.* Cum omnes Græci codices habeant ὧν τε εἶδες, ſupervacaneum affixum delevi.

CAP. XXVII.

1. ⸓ ܐܢܫ ※ cuidam ✓] Sic MS. noſter. Verſio Syra prior ܚܕ pro ܐܢܫ: ſed de utraque lectione nihil habet Wetſtenius.

2. ܡܢ ܬܣܠܘܢܝܩܝܐ ܕܝܢ ܐܪܣܛܪܟܘܣ ܘܣܩܘܢܕܘܣ ex Theſſalonicenſibus autem Ariſtarchus et Secundus] Opinor hæc

verba, quæ in Græcis sive manuscriptis sive versionibus hoc loco non inveneris, Asterisco notanda fuisse. Ea manifestissime huc tracta sunt e Cap. xx. 4. ubi in Græco textu legitur Θεσσαλονικέων δὲ, Ἀρίσαρχος καὶ Σεκοῦνδος.

3. ܒܪܚܡܬ ܐܢܫܘܬܐ humanitate] Hæ voces respondent Græcæ voci φιλανθρώπως, seu potius substantivo φιλανθρωπία: eadem loquendi forma occurrit in Cap. xxviii. 2.

4. ܒܓܙܪܬܗ ܢܓܝ subnavigavimus] His verbis vertit Polycarpus, uti solet, Græcum vocabulum ὑπεπλεύσαμεν. Occurrunt et in comm. 5. 7. ubi est διαπλεύσαντες. Vide Not. in Cap. viii. 28.

11. ܗܘ ܕܝܢ ܪܫ ܡܐܐ Centurio autem] Post particulam ܕܝܢ *autem* MStus. habet ܗܘ. Sed vox est superflua, et scribæ manu leviter erasa.

12. ܘܠܘܩܒܠ ܐܬܪܐ et contra Corum] Festive Interpres pro χῶρον dat ܐܬܪܐ, quod est χώρα, *locus, regio*. An hoc fecerit præ inscitia, an χώραν in Græco suo invenerit, non dico.

15. ※ ܠܗ ܗܘ ܕܢܫܒ ܘܡܟܢܫܝܢܢ ܠܐܪܛܡܘܢ ↙ flanti, et collegimus artemonem ↙] Wetstenii ἀκρίβειαν hic desidero. Verba enim sic Græce transtulit, τῇ πνεούσῃ, καὶ συνάγοντες τὸ σκεῦος &c. Syrus autem Interpres noster in suo Græco non σκεῦος, sed ἀρτεμόνα legisse videtur, quam vocem Syriacis expressit ܐܪܛܡܘܢ. Sic enim ea exaratur non tantum in versione Syra priori, comm. 17. et 40. sed in margine quoque nostra, comm. 40. pro Græco vocabulo ἀρτεμόνα. Græcum σκεῦος foret Syriace ܡܐܢܐ: quod adhibetur in comm. 17. Erravit insuper Vir eruditus, cum asseruit verba Syriaca ܘܐܝܟ ܕܐܛܥܢ ܡܬܛܥܢܝܢ ܗܘܝܢ, quæ transfert ὡς ἔφερεν, ἐφερόμεθα, Asterisco notari.

16. ܓܙܪܬܘܢܝܬܐ insulam parvam] Vox diminutiva est, a primit. ܓܙܪܬܐ *insula*; ergo reddidi *insulam parvam*.

17. ܫܩܠܘܗ sustulissent] In MSto. mendose exaratur ܫܩܘܠܘܗ secunda persona pluralis Imperativi.

18. ܟܕ ܚܣܝܢܐܝܬ [ܕܝܢ] quum vehementer [*autem*]. Græce σφοδρῶς δέ. Inserui ܕܝܢ *autem*, sententia exigente.

29. ܒܚܨܐ ܕܐܣܦܪܐ puppi] In MSto. ܕܐܣܦܝܪܐ mendose exaratur ܕܐܣܦܪܐ. Correxi errorem ex comm. 41.

37. ܘܫܬ et sex] In MSto. ܘܫܝܬ, sed vitiose.

41. ※—※ ܠܐܬܪܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ↙ ubi erat Syrtis ↙] De hac lectione ne verbum quidem Wetstenius.

CAP. XXVIII.

14. ܟܕ ܦܘܫܝܢ manentes] Opinor Polycarpum hic legisse vel cum Cod. 24. μείναντες, vel cum Codd. 3. 33. ἐπιμείναντες. Observandum est autem, auctorem accepisse Græcum verbum παρεκλήθημεν sensu *consolationem accipiendi*, atque adeo transtulisse per ܐܬܒܝܐܢ.

Ibid. Erravit Wetstenius, cum affirmavit ܥܡܗܘܢ, (quod male interpretatur παρ' αὐτῶν,) Asterisco notari.

16. ܠܪܝܫ ܚܝܠܐ ↙ præfecto exercitus ↙] Deest in MSto. signum finale ↙. Sed cum primum Asteriscum huc usque, nec ultra, pertingere existimem, cui conjecturæ favent codices A. 40. et versio Vulgata, signum illud in textum inserui.

17. ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܬܪ factum est autem post &c.] Sic in MSto. verbum se habet, at usitatius est foem. ܗܘܬ.

Ibid. ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܘ Quum autem venissent] Copulativam ܘ in MS.

τῷ ܡܢ præfixam, delevi. Conſtructionem prorſus impediebat, neque a Græcis codicibus agnoſcitur. Eandem copulativam Epheſ. v. 33. locum non ſuum obtinentem, recte Criticus Aſteriſco notavit. Iſtud ܘ fortaſſe Syræ priori debemus, in qua ܕܝܢ non legitur.

20. ܦܝܣܬܟܘܢ rogavi] Sic in MSto. at affixum ܟܘܢ eſt omnino ſupervacaneum; et deeſt in verſione Syra priori.

25. ܡܢ ܐܫܥܝܐ ܗܘ ܢܒܝܐ ܠܘܬ ܐܒ̈ܗܬܐ per Eſaiam prophetam ad Patres] In variis Lectionibus apud Wetſtenium, hæc clauſula notatur tanquam in Codice noſtro omiſſa: in quo fortaſſe non ipſe Wetſtenius, ſed typothetæ lapſi ſunt. Nam certe in noſtro MSto. clauſula extat, omiſſa tamen in fine vocula ἡμῶν.

26. [ܗܢܐ] ܠܘܬ ܥܡܐ ad populum [*hunc*]. Abeſt ܗܢܐ *hunc* in MSto. ſed omnes tam Græci codices quam verſiones vocem habent: cum igitur ſententia exigat, eam reſtitui.

29. Aſteriſcus finale ſignum non habet in MSto. ſed poſt vocem ܥܡ ܚܕܕܐ *invicem* illud ſupplevi, ut totus includeretur verſiculus qui in pluribus Græcis MSS. deſideratur.

Notulam p. 13. *omiſſam hic libet ſubjungere.* Act. xi. 25. Hoc commate bis, imo terque quaterque erravit Wetſtenius. Primo, quoad lectionem marginalem, monuiſſe debuit Codicem habere ܠܗ, αὐτὸν, poſt παρεκάλεσε. Secundo, verba ܡܢ ܐܠܐ ܕܝܢ ܐܬܟܢܫܘ ܫܢܬܐ ܟܠܗ *quum veniſſent autem, annum integrum congregati ſunt,* prorſus omiſit. Tertio, aſſeruit lectionem textualem Aſteriſco eſſe notatam, quod non ita ſe habet. Et poſtremo, affirmavit codicem D. cum Margine noſtra concinere, quod minime verum eſt.

ANNOTATIONES

IN

EPISTOLAM JACOBI.

CAP. I.

2. ܟܠܗ ܚܕܘܬܐ ܬܗܘܐ ܠܟܘܢ omne gaudium ſit vobis] Hic forſan verſionem Syram priorem ſequutus eſt Polycarpus, aut in ſuo Græco legit *πᾶσα χαρὰ γένοιτο ὑμῖν*. Omnes autem Græci codices habent *πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε*.

3. ܕܒܘܩܝܐ probatio] Poſt hanc vocem deſunt in MSto. ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܝܠܟܘܢ *fidei veſtræ*, ut monuit Wetſtenius, aſſentientibus Codd. Latt. &c.

5. [ܠܗ] ܘܡܬܝܗܒܐ et dabitur [*ei*]. Deeſt ܠܗ *ei* in MSto. at in textum recepi, omnibus tam codicibus Græcis quam verſionibus annuentibus.

11. [ܕܝܠܗ] ܘܗܒܒܐ et flos [*ejus*]. Vocem ܕܝܠܗ *ejus*, in MSto. omiſſam, tuentur omnes codices Græci et verſiones.

18. ※ ܗܘ ※ ܠܐ ܟܕ ܨܒܐ ܝܠܕ ܠܢ ipſe ✓ volens fecit nos] ܗܘ *ipſe* ſolum Aſteriſco notatur, non ܗܘ ܟܕ ܨܒܐ, *ipſe volens*, ut fingit Wetſtenius. Hoc commate vocem Græcam *ἀποκυέω* reddidit

Polycarpus per ܒܚܝ; at in comm. 15. verbum idem tranſtulit per ܢܚܝ: ut et verſio Syra prior.

23. ܦܪܨܘܦܐ ܕܒܪܝܬܐ ܕܝܠܕܗ faciem nativitatis ſuæ] Græce τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτȣ̃. Bis aut ter vox γενέσις occurrit in Novo Teſtamento, et bis eam vertit Polycarpus per vocem marginalem ܗܘܝܐ, viz. in Matt. i. 1. Jacob. iii. 6. Hoc autem commate variavit.

27. ܘܠܐ ܡܟܬܡ̈ܐ ܬܛܪܘܢ ܐܢܬܘܢ ܠܟܘܢ et immaculatos conſervare voſipſos] Græci omnes habent ſingularem. Ut vero futurum ܬܛܪܘܢ Græco infinitivo reſpondeat, legere velim literam ܕ particulæ negativæ ܠܐ præfixam, uti ſolet fieri, i. e. ܘܕܠܐ.

CAP. II.

2. ܡܣܟܢܐ pauper] Græce πτωχὸς—quod ſemper in Evangeliis reddidit Polycarpus per ܡܣܟܢܐ; hoc autem Capite, comm. 2. 3. 5. 6. per aliam vocem ܡܣܟܢܐ, ejuſdem fere poteſtatis. Hanc exponit Caſtellus, *miſer, pauper, egenus.*

4. ܠܟܘܢ ܐܢܬܘܢ ܒܟܘܢ inter voſipſos] Vox ܠܟܘܢ, nil dubito, omnino ſupervacua eſt; nam juſta et ſolennis forma Græcum ἐν ἑαυτοῖς exprimendi eſt ܐܢܬܘܢ ܒܟܘܢ. Vide Matt. iii. 9. xvi. 8. ܗܢܘܢ ܒܗܘܢ *in ſeipſis*, Matt. ix. 3. xxi. 8. ܗܝ ܒܗ *in ſeipſa*, Matt. ix. 21. et ܐܢܬܘܢ ܒܟܘܢ *in vobis ipſis*, Luc. iii. 8. ad quam normam et hic locus corrigendus eſt.

5. ܒܥܠܡܐ in mundo] Hæc lectio cum Codicibus 27. 43. concinit. Temere autem innuit Wetſtenius codicem noſtrum habere ܕܥܠܡܐ *mundi*, cum verſione Syra priori.

10. ܢܫܡܠܐ perfecerit] Hoc verbum Græco πληρώσει in codice

A. respondet. Versio Syra prior habet ܢܛܪ cum Græcis impressis, τηρήσει.

23. ܟܬܒܐ scriptura] In margine legitur vox ܒܪܝܫܝܬ, qua Criticus lectorem ad *Genesin* referre videtur, unde hæc citatio desumpta est. Idem quoque præstitit Criticus ad Act. iii. 25.

25. ܠܡܠܐ̈ܟܐ nuncios] Vox marginalis ܠܓܫܘܫܐ est in numero singulari: superimposui puncta pluralia, sensu ita postulante. Variantis lectionis non meminit Wetstenius.

CAP. III.

3. ܗܐ ܦܓܘܪ̈ܐ ܒܦܘܡܐ ܕܪ̈ܟܫܐ ܡܥܠܝܢܢ Ecce fræna in os equorum immittimus] Hoc ordine Græcum legisse videtur Interpres, Ἰδὲ, τὰς χαλινοὺς εἰς τὸ στόμα (in singulari cum codd. A. 25. 33. non τὰ στόματα) τῶν ἵππων βάλλομεν.

5. ܠܫܢܐ ܕܗܕܡܐ lingua membrum] Literam ܕ voci ܗܕܡܐ præfixam redundare censeo; neque reperitur in versione Syra priori.

7. ܘܕܪ̈ܚܫܝܢ ܒܡ̈ܝܐ et marinorum] Græce ἐναλίων, quod Auctor reddidit per ܕܪ̈ܚܫܝܢ ܒܡ̈ܝܐ, ad lit. *errantium in aqua*.

Ibid. ܬܚܝܬ ܟܝܢܐ ܕܐܢܫܐ sub natura humana] Græcus fons præpositionem non habet; at Syro Interpreti pernecessaria fuit.

8. ܡܠܝܐ ܡܘܬܐ mortifero] Hæ voces aptissime respondent Græcæ voci θανατηφόρȣ.

CAP. IV.

9. ܠܡܘܓܦܐ in mœrorem] Vocem ipsam non agnoscit Castellus, sed habet ܡܘܓܦܐ ex eadem radice, quam explicat *mœror, tristitia affectus*.

12. ↘ ܕܝܢ ⁜ autem ↙] Monuit quidem Wetſtenius utramque verſionem Syriacam habere δὲ, at verbum non adjecit de Aſteriſco.

14. ܠܗܓܐ ܓܝܪ ܐܝܬܝܟܘܢ vapor enim eſtis] Omnes Græci codices, cod. 25. excepto, verbum habent ſingulare—ἐςὶν—at Millius plurale—ἐςε—anteponendum cenſet.

CAP. V.

3. ܣܡܬܘܢ ܒܣܝ̈ܡܬܐ recondidiſtis theſauros] Græce ἐθησαυρίσατε. Idem verbum occurrit in Matt. vi. 19. 20. quod iiſdem verbis reddidit Polycarpus, tamen ſine præpoſitione ܒ voci ܣܝ̈ܡܬܐ præfixa.

16. ↘ ܓܝܪ ⁜ enim ↙] De Aſteriſco verbum non facit Wetſtenius.

19. ܘܬܗܦܟܘܢܝܗܝ et converteritis eum] Neque aliter Editt. Eraſmi, 1. 2. notante Wetſtenio. In omnibus codicibus Græcis verbum eſt in tertia perſona ſingulari, addito τίς.

ANNOTATIONES

IN

EPISTOLAM PRIMAM PETRI.

CAP. I.

2. ܩܕܝܡܘܬܐ] Sic in MSto. et Caſtello, at in Act. ii. 23. vox exaratur abſque ܝ, ܩܕܡܘܬܐ.

Ibid. ܠܡܣܓܐ multiplicetur] Græce πληθυνθείη, quæ Gr. vox adhibetur ii Pet. i. 2. Judæ comm. 2. ubi Syriace eſt Futurum ܢܬܣܓܐ, quod Infinitivo præſtat. Verſio Syra prior quoque verbum in Futuro habet; unde ſuſpicor hic ineſſe aliquam ſcribæ incuriam.

14. ܠܐ ܡܬܕܡܝܢ ܐܢܬܘܢ non aſſimilati] In Græcis συσχηματιζόμενοι, quod reddidit Auctor Rom. xii. 2. per ܬܬܕܡܘܢ. Criticus in margine proponit ܡܬܕܒܪܝܢ, haud inepte quoad ſenſum, ſed contra fidem omnium codicum Græcorum; nam ܡܬܕܒܪܝܢ in *Ethpeel* ſignificat *ſubjecti, ſubmiſſi, accommodati*; quam ſignificationem a Græco verbo nunquam eliciendam Ille, opinor, ſententiæ melius convenire cenſebat.

25. ܗܢܐ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܡܠܬܐ ܗܘ hoc autem eſt verbum quod] Flagitat conſtructio, ut pronomen et verbum ſint fœminini generis.

At vide Not. in Heb. iv. 12. Verſio Syra prior fœminino uſa eſt. ܘܗܕܐ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܡܠܬܐ ܗܘ ܕܐܣܬܒܪ ܠܟܘܢ

CAP. II.

8. ܡܬܛܦܝܣܝܢ obedientes] In MSto. vitioſe ſcribitur abſque ܦ — ܡܬܛܝܣܝܢ. Literam reſtitui.

9. ܕܬܣܒܪܘܢ ut annuncietis] Omiſit ſcriba *Nun* finalem: ſupplevi e verſione Syra priori.

Ibid. ܡܥܠ̈ܝܬܐ virtutes] Sic MStus. vocem habet, et Caſtellus eam agnoſcit; at in ii Pet. i. 3. et 5. exaratur cum ܘ, ܡܥܠ̈ܝܘܬܐ, quæ forma uſitatior eſt.

14. ܠܬܫܒܘܚܬܐ ※ ܕܝܢ ܕܥ̈ܒܕܝ ܛܒ̈ܬܐ ↙ ad laudem ※ autem bene agentium ↙] Aſteriſcus hoc loco ſatis importunus eſt. Præfigendum cenſeo τῷ ܠܬܫܒܘܚܬܐ, nam in uno codice 1. deſunt omnia hæc—ἔπαινον δὲ ἀγαθοποιῶν.

23. ܠܐ ܗܦܟܝܢ ܗܘܐ ܡܨܚܐ non viciſſim conviciabatur] Sic reddere voluit Polycarpus Græcum ἀντελοιδόρει. ܗܦܟܝܢ ſtat pro ἀντὶ, et ܡܨܚܐ pro verbo λοιδορέω, et ܗܘܐ tempus imperfectum indicat.

CAP. III.

4. ܣܓܝ ܡܫܡܠܠܐ pretioſus] Græcum πολυτελὲς vertit Auctor, quaſi compoſitum eſſet e πολὺς et τέλειος *perfectus*, non e τέλος *ſumptus*. ܡܫܡܠܠܐ eſt participium τῦ Pael quadr. e radice ܫܡܠ *plenus, perfectus fuit*.

8. ܡܟܝ̈ܟܝܢ ܒܪܥܝܢܐ humiles mente] Græci impreſſi habent φιλόφρονες, at Polycarpus in ſuo Græco legit cum codd. A. C. 5. 7. 8. 9. &c. ταπεινόφρονες, quod Wetſtenius non obſervavit.

11. [ܫܠܡܐ] ܢܒܥܐ quaerat [*pacem*]. Desideratur in MSto. vox ܫܠܡܐ *pacem*, quae sensu incolumi abesse non potest.

12. ܠܡܘܒܕܘܬܐ ⁜ ܐܢܘܢ ↙ ܡܢ ܐܪܥܐ ad delendum ⁜ eos ↙ e terra] Vox ܐܢܘܢ *eos* solum Asterisco notatur, non tota clausula, ut affirmat Wetstenius.

16. ܒܗܘ ܕܡܬܡܠܠ, in eo quod dicitur] ܕܡܬܡܠܠ, participium praesentis τῦ *Ethpaal*, Graecam καταλαλῶσιν male exprimit. Auctorem corrigere, ni fallor, voluit Criticus in margine, scribens scilicet participium plurale praesentis τῦ *Pael* ܕܡܡܠܠܝܢ *(in eo) quod loquuntur*.

Ibid. ܠܗܘܦܟܐ ܕܒܟܘܢ ܛܒܐ conversationem vestram bonam] Hic lapsus est Wetstenius, nam MStus, in textu non habet ܕܟܝܐ *puram*, ut ait vir eruditus, sed ܛܒܐ *bonam*, et ܕܟܝܐ in margine.

17. ܐܘ quam] ܐܘ duplicem habet potestatem: nempe nunc disjunctivam, *aut*, *sive*: nunc comparativam, *quam*. Posteriori hic accipiendum esse innuit Criticus in margine, apposito ܘܠܐ ܐܘ.

21. Nescio quid sibi velit Criticus per lectionem marginalem ܡܢ ܡܬܡܠܠܝܢ, vel forte ܡܢ ܡܬܡܠܠܝܢ cum duplici ܢ, post ܡܫܝܢܐ quasi inserendam.

Ibid. ⁜ ܒܗܘ ↙ ܛܘܦܣܐ ⁜ eadem ↙ forma] De voce asterisco notata silet Wetstenius.

CAP. IV.

8. ܡܬܚܡܨܢܐܝܬ intense] Graeci omnes habent ἐκτενῆ: at Polycarpus legisse videtur ἐκτενῶς.

12. ⁜ ܡܕܡ ↙ ⁜—⁜ aliquid ↙] Vox in textu est; non in margine, ut scribit Wetstenius.

14. ܡܛܠ ܕܫܡܗ ܘܪܘܚܐ ܕܫܘܒܚܬܐ ܘܕܚܝܠܐ ܕܐܠܗܐ Quia nomen et ſpiritus gloriæ et virtutis Dei] Hæc lectio eſt qualem in Græcis codicibus nemo hactenus invenerit. Omnibus nempe deſunt ܘ ܫܡܗ *nomen et*.

18. ܗܘ ܕܝܢ ܪܫܝܥܐ ܘܚܛܝܐ improbus autem et peccator] In Græcis ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλός: itaque particulam ܕܝܢ *autem* omnino ſupervacaneam delendam cenſeo.

CAP. V.

7. ܟܠܗ ܝܨܦܬܐ omnem ſolicitudinem] Mendoſe exaravit ſcriba ܒ pro ܦ in voce ܝܨܦܬܐ. Emendationem firmat verſio Syra prior.

ANNOTATIONES

IN

EPISTOLAM PETRI SECUNDAM.

CAP. I.

De Epiſtolæ hujus verſione nonnulla habuerunt viri docti ad hunc uſque diem incomperta *, non poſthac habituri.

Primo enim, liquet, Epiſtolæ hujus verſionem, publici juris nunc factam, nihil commune habere cum illa quæ in lucem edita eſt a Pocockio A. D. 1630. quæque in Polyglottis Londinenſibus, Edit. Schaafiana et alibi jam dudum vulgata extat.

Secundo, ut miſſam faciam auctoritatem Epigraphes, ad calcem Epiſtolæ hujus ut et aliarum Catholicarum ſubjuncta, diſerte Auctorem verſionis Philoxenum laudantis; ut hoc præteream, non alium tamen quam Philoxenum eum fuiſſe ſatis conſtat, ex teſtimonio

* "We ſhall never be able to decide this Queſtion [concerning the Polyglott Syr. Verſion "of the four diſputed Epiſtles] with certainty, till we have an edition of the whole Philoxe-"nian Verſion: at preſent we muſt be contented to rely on the accounts of others, and "ſhould therefore deliver our opinions with modeſty and caution." Michaelis's Introduction to the N. T. by Marſh. Vol. ii. p. 54.

"It is to be hoped that the curioſity of the learned will ſhortly be gratified, by the comple-"tion of Profeſſor White's edition of the Codex Heracleenſis. It will then appear, whether "the Syriac Verſion of the four Catholic Epiſtles wanting in the Peſhito, which was publiſhed "by Pococke, from a MS. in the Bodleian library, has the ſame text as the MS. of Ridley," Marſh's Notes, Vol. iii. p. 563.

doctiſſimi Barſalibæi; qui in ſuis ad hanc Epiſtolam commentariis, textum ſuum Philoxenianum ubique exhibet cum hoc noſtro omnibus numeris convenientem.

Tertio, cum tempore Barſalibæi *, qui duodecimo ſeculo fere medio vixerit, nulla hujus Epiſtolæ verſio Syriaca extaret, præter unam Philoxenianam, ea profecto quæ in Polyglottis vulgo circumfertur, magnæ ſibi antiquitatis laudem vindicare non poteſt, neque proinde in re critica multo æſtimanda eſt.

Quicquid de hac Epiſtola dictum ſit, eodem jure de tribus ſequentibus dici poteſt, ſc. ſecunda et tertia Johannis et Judæ Epiſtola ſingulari, quarum nulla in verſione *Simplice* invenitur.

3. ܗܘ ܕܟܠܗܝܢ [ܠܢ] ܕܚܝܠܐ] Qui omnia [*nobis*] virtutis &c.] Vocem ܠܢ *nobis*, quæ deeſt in MSto. inſerui fide codicum et verſionum omnium.

4. ܡܘܠܟܢ̈ܐ promiſſa] Ante ἐπαγγέλματα Græci omnes habent δι' ὧν: quæ tamen Polycarpus in verſione omiſit.

Ibid. ܘܡܚܒܠܐ et *a* corruptione] Polycarpus cum codd. C. 9. 27. 29. legit καί: et ſic Græce copulativam ſcriba in margine exaravit.

10. ܠܩܪܝܬܐ * ܕܝܠܟܘܢ ↙ vocationem * veſtram ↙] Admonuit Wetſtenius, verba hæc ܐܝܟ ܕܒܝܕ ܥܒ̈ܕܐ ܫܦܝܪ̈ܐ *ut per opera bona* Aſteriſco notari. Minime quidem: vox ܕܝܠܟܘܢ *veſtram* ſolum notatur.

* ܐܓܪܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܦܛܪܘܣ ܠܐ ܐܬܦܫܩܬ. ܠܠܫܢܐ ܣܘܪܝܝܐ ܥܡ ܟܬܒܐ ܕܒܝܘܡܬܐ ܩܕܡܝܐ ܐܬܦܫܩܘ ܡܛܠ ܗܕܐ ܠܐ ܡܫܬܟܚܐ ܐܠܐ ܒܦܘܫܩܐ ܕܬܐܘܡܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܘ ܕܐܬܟܢܝ ܚܪܩܠܝܐ ܐܝܟ ܫܡܐ ܕܚܪܩܠ ܡܕܝܢܬܗ: "Epiſtola ſecunda Petri non fuit verſa in linguam Syram cum libris, "qui diebus antiquis redditi ſunt, ideoque non invenitur, niſi in tranſlatione Thomæ Epiſ- "copi, qui cognominatus eſt Heracleenſis, ſecundum nomen Heracleæ civitatis ſuæ." Pocock. Præf. ad Epiſtolas iv. Syriacas.

11. ܡܥܠܬܐ ܕܠܡܠܟܘܬܐ introitus in regnum] Voci ܠܡܠܟܘܬܐ quæ eſt in caſu Accuſ. male præfixit ſcriba literam ܕ, ſignum Genitivi. Fortaſſe legere voluit, ut in verſione Syra edita ܕܡܠܟܘܬܐ: at Græci ܠܡܠܟܘܬܐ poſtulant.

CAP. II.

1. ܒܥܡܐ ܗܘ in populo illo] Pronomen ܗܘ *illo* nec codd. Græci nec verſiones habent, et ſane delendum cenſeo.

4. ܥܠ ܡܠܐܟܐ ܕܚܛܘ ܠܐ [ܚܣ angelis qui peccaverunt, non pepercit] Poſt ܠܐ *non* verbum ܚܛܘ vitioſe geminatur, at 2dum delevi. Senſus quoque exigit ܚܣ, quod abeſt: in textum igitur recepi, annuente codice Syro a Pocockio in locum citato. Huc facit etiam ipſe Polycarpus comm. 5. et Rom. viii. 32. xi. 21.

13. ܒܛܥܝܘ̈ܬܗܘܢ in deceptionibus ſuis] Pro *ἀπάταις* codex Alexandrinus et verſiones nonnullæ habent *ἀγάπαις*, quod Criticum opinor in margine noſtra adſcribere voluiſſe. Singulare tamen exhibet, ſecus quam codex et verſiones ſupra memoratæ. Plurale dedi in tranſlatione.

Ibid. ܡܬܦܢܩܝܢ ܒܟܘܢ deliciantur inter vos] Wetſtenius vir clariſſimus ſtatuit, auctorem noſtrum legiſſe *εὐωχούμενοι ἐν ὑμῖν*: parum certis, opinor, rationibus. In margine quidem ea lectio ſcripta extat, unde advecta, viderint alii: verum enimvero ipſe textus, ܒܟܘܢ, ܡܬܦܢܩܝܢ æque, ſi quid judico, vulgatæ lectioni conveniat: neque ullam varietatem dant codices Græci.

18. ܥܘܫܢܝܐ prætumida] Græcum idem vocabulum oc-

currit Judæ comm. 16. quod reddidit auctor per ܪ̈ܘܪܒܬܐ. Vide Castelli Lex. et Pocockium ad Judam 16.

20. ܗܘܝ ܠܗܘܢ facta sunt iis] Pro ܠܗܘܢ MStus. habet ܠܗ *ei*, quod sine dubio est vitiosum. Græci omnes legunt αὐτοῖς, et sensus pluralem numerum exigit, ergo textum emendavi.

22. ܗܠܝܢ hæc] Græce τὸ, in singulari numero, cui Syriace ܗܢܐ responderet.

CAP. III.

6. ܥܠܡܐ --- ܒܡ̈ܝܐ ܛܒܥ mundus --- aqua submersus] In MSto. verbum legitur in plurali numero ܛܒܥܘ, at mendose. Constructio singularem postulat.

7. ܕܣܝ̈ܡܝܢ repositi sunt] Desunt puncta pluralia in MSto; at imposui, constructione ita flagitante, et versione Syra edita annuente. Litera ܕ præfixa forsan supervacanea.

10. ܣܓܝ ܬܐܩܕ exuretur] In MSto verbum legitur in singulari numero, neque aliter Græci. Versio Syra edita cum textu nostro minime concinit, ut affirmavit Wetstenius. In margine quidem idem verbum habet noster codex, sed in plurali numero: at nil dubito scribam in margine omisisse ܠܐ *non*, quod supplevi, alioquin lectio cum loco non quadraret. Per vocem ܣܓܝ *multum*, exprimere voluit auctor, ni fallor, emphasin verbi compositi κατακαήσεται.

11. ܟܕ ܗܠܝܢ ܗܟܢܐ ܟܠܗܘܢ ܡܫܬܪܝܢ Quum hæc sic omnia dissolvenda sint] Sic codices 7. 9. 27. τούτων οὕτως λυομένων. Tum margine nostra duæ notantur variæ lectiones: quarum altera ܗܟܢܐ ܗܟܝܠ *sic igitur*, suffragantes habet codices C. 29. 39. altera

ܓܝܪ *enim*, haud ſcio annon eadem ſit quæ ex A. 5. 16. 20. excitatur: in his ſcilicet codicibus eſt τȣ́των δὲ λυομένων.

12. [ܕܒܗ] ܗܘ̇] Vocem ܕܒܗ inſerui tanquam perneceſſariam: habet quoque Syra edita.

17. [ܛܪܘ] [cuſtodite]. Deeſt verbum in MSto. ſenſu laborante: reſtitui, aſſentiente et verſione Syra edita.

ANNOTATIONES

IN

EPISTOLAM JOHANNIS SECUNDAM.

CAP. I.

2. ܘܚܝ̈ܐ ܐܬܓܠܝܘ et vita manifestata est] Bis in hoc commate contra linguæ analogiam peccavit Polycarpus: nam verbum singulare cum nominativo plurali conjunxit, et relativum singulare cum substantivo plurali. Versio Syra prior rectius habet et verbum et relativum plurale. At monet Criticus in margine, vocem ܚܝ̈ܐ, quamvis plurale, significationem singularem habere, præsertim hoc loco, ubi *unigenitus Filius intelligendus est*. Vide not. ad Heb. iv. 12.

3. * ܐܦ ܠܟܘܢ ✓ * etiam vobis ✓] Non solum ܐܦ *etiam*, ut inquit Wetstenius, sed et ܠܟܘܢ *vobis* Asterisco notatur.

CAP. II.

20. ܘܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܟܠܗܝܢ et nostis omnia] In MSto male exaravit scriba ܟܠܟܘܢ *omnes vos* pro ܟܠܗܝܢ *omnia*. Græci plerique habent πάντα, tam hic quam in Cap. iii. 20. ubi vertit auctor πάντα per ܟܠܗܝܢ. Hanc vocem ergo in textum recepi. Notandum vero est, codicem 9. habere πάντες, Syriace ܟܠܗܘܢ *omnes*

eos, verſionem vero Syram priorem ܟܠ ܐܢܫ *omnem hominem*, quod tantundem eſt. Nec male. Et hinc mihi venit in mentem ſcribam forte exaraſſe ܟܠܟܘܢ pro ܟܠܗܘܢ. Vox ܟܠܟܘܢ *omnes vos* ſenſum peſſumdat.

24. [ܗܟܝܠ] ܐܢܬܘܢ vos [*igitur*]. Vocem ܗܟܝܠ *igitur* in textum inſerui, omnibus codd. Græcis annuentibus; neque ſenſu eam abeſſe permittente.

CAP. III.

12. ܕܩܛܠ qui occidit] Sic in MSto legitur cum litera ܕ *qui* præfixa; omnes contra tam Græci codd. quam verſiones habent *καί*: et fortaſſe hic per ſcribæ incuriam litera ܕ pro ܘ exarata eſt.

15. ܩܛܘܠܐ ܐܢܫ ܐܝܬܘܗܝ homicida eſt] Verbum ܐܝܬܘܗܝ *eſt* in MSto ſine ratione geminatur.

CAP. IV.

7. ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܝܬܘܗܝ ex Deo eſt] Poſteriorem hujus commatis partem, et totum comm. 8. ſcriba ab omoioteleuton omiſit; quod Wetſtenius non obſervavit. Lacuna ſic Syriace ſupplenda eſt ܘܟܠ ܡܢ ܕܡܚܒ ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܬܝܠܕ. ܘܝܕܥ ܠܐܠܗܐ.
ܗܘ ܕܠܐ ܡܚܒ: ܠܐ ܝܕܥ ܠܐܠܗܐ. ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܚܘܒܐ ܐܝܬܘܗܝ.
et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, et novit Deum. Qui non diligit, non novit Deum; quoniam Deus charitas eſt. Omnia in textu reſtitui, nam Græci omnes ea habent, ſi excipias codd. 4. 47. et verſionem Æthiopicam, in quibus commatis 8vi pars ſolummodo deſideratur.

CAP. V.

6. ܠܘ ܒܡܝܐ ܒܠܚܘܕ ܐܠܐ ܒܡܝܐ [ܘܒܕܡܐ] non in aqua ſo-

lum, ſed et in aqua [*et in ſanguine*]. In priori commatis parte concinit codex noſter cum codd. A, 5. 6. 7. 15. 17. 18. &c. cum verſione Copt. Æthiop. et Codd. Latinis, habens *Aquam, et Sanguine m, et Spiritum*; at in clauſula ſecunda omnes fere codices duorum tantum Teſtium meminerunt. Itaque in textum recepi voces ܘܒܕܡܐ *et in ſanguine*; cui lectioni omnes codices, A. excepto, patrocinantur. Erravit profecto Wetſtenius, quum affirmaret, codicem noſtrum habere ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πνεύματι, pro ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ὕδατι.

Deeſt in MSto totum comm. 7mum.

16. ܠܗܿܘ ܕܠܐ ܠܘܬ ܡܘܬܐ ܚܛܐ illi qui non ad mortem peccat] MStus ſingularem numerum habet, at codd. Græci et verſio Syra prior pluralem, τοῖς ἁμαρτάνουσι.

17. ܘܐܝܬ ܚܛܗܐ ܠܘܬ ܡܘܬܐ et eſt peccatum ad mortem] Græci impreſſi et Verſio Syra prior habent οὐ, ܕܠܐ poſt ܚܛܗܐ *peccatum*; at abeſt in MSto, et in nonnullis codd. Græcis, probante Millio.

18. ܐܠܐ ܗܿܝ ܡܬܝܠܕܢܘܬܐ ſed generatio] In omnibus codd. Græcis legitur ἀλλ' ὁ γεννηθεὶς. Textus noſter ita ſe habet, quaſi in ſuo Græco legiſſet Polycarpus vel γέννησις, vel γένεσις. Confer var. lectt. apud Grieſbachium.

Deeſt ܐܡܝܢ *Amen*, tam in MSto quam in verſione Syra priori.

ANNOTATIONES

IN

EPISTOLAM JOHANNIS SECUNDAM.

In hujus Epistolæ titulo vox ܕܝܠܗ, *ejus* redundare videtur, nisi forte articulum τοῦ exprimere sic voluit Auctor. Usurpatur quoque in Epistolæ tertiæ titulo, at in aliarum nullo.

1. ܟܘܪܝܐ] Observandum est, vocem ܟܘܪܝܐ in MSto habere vocales, quasi in Græcis nomen mulieris κυρία esset, non κυρία, ut in margine. At in comm. 5. scribitur ܟܘܪܝܐ.

3. ܫܠܡܐ pax] Pro ܫܠܡܐ omnes Græci codices habent ἔλεος.

8. ܐܠܐ ܐܓܪܐ sed mercede] In MSto. vox ܐܠܐ geminatur; iteratam delevi tanquam superfluam.

ANNOTATIONES

IN

EPISTOLAM JUDÆ.

---

1. ܒܡܪܝܐ Domino] Vox non Asteriſco notatur, ut aſſeruit Wetſtenius. At nulli Græci codd. aut verſiones lectioni huic favent.

7. ܕܕܘܡܝܐ ܠܗܠܝܢ ſimili illis] In MSto. ܠܗܠܝܢ mendoſe ſcribitur cum ܕ, ܠܕܗܠܝܢ. Literam redundantem delevi.

Ibid. ܕܩܛܡܐ cineris] Vox hæc ܕܩܛܡܐ Græcæ *τέφρας* reſpondet, cui lectioni adſtipulatur Lucifer apud Wetſtenium; at de codice noſtro ſilet Clar. Vir. Verbum ܕܩܛܡ, *in cinerem redegit*, occurrit in 2 Pet. ii. 6. pro Græco *τεφρώσας*.

His Annotationibus pro coronide ſit lectorem eruditum monere, variantes lectiones a Wetſtenio e Codice ſuo Aleppenſi excitatas ad quatuor Epiſtolas Catholicas (nempe Petri ſecundam, Johannis ſecundam et tertiam, et Judæ ſingularem) omnes ex omni parte cum textu codicis Ridleiani convenire*. Unde autem mirus ille conſenſus? An verſionem Philoxenianam earum Epiſtolarum codex Wetſtenianus, ipſo ignorante, exhibebat? Ita ſane me tantum non

* Vide Wetſtenii Prolegomena ad Clementis Epiſtolas in calce voluminis poſterioris.

persuasum habeo. Hanc rem autem eorum est decernere quorumcunque in manus ille codex devenerit: qui, collatione ejus cum Ridleiano diligentiori instituta atque in lucem edita, non modo opinionem meam vera ne sit an falsa ostendent, sed et viris literatis gratum facient.

FINIS.